3 1761 09428126 8

PURCHASED FOR THE

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

FROM THE

CANADA COUNCIL SPECIAL GRANT

FOR

CATALAN LANGUAGE & LITERATURE 68

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/cortesdelosantig15arag

CORTES

DE

ARAGÓN, VALENCIA Y CATALUÑA

CORTES

DE LOS ANTIGUOS REINOS

DE ARAGÓN Y DE VALENCIA

Y

PRINCIPADO DE CATALUÑA

PUBLICADAS

POR LA REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA

TOMO XV

CORTES DE CATALUÑA

XV

(Comprende la conclusión de las Cortes de Tortosa de 1429-1430, una Adición y varios Suplementos correspondientes á Cortes y Parlamentos anteriores al reinado de Alfonso V.)

MADRID

MDCCCCXI

DP
24
A5
t. 15

ESTABLECIMIENTO TIPOGRÁFICO DE FORTANET
IMPRESOR DE LA REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA
Libertad, 29.—Teléfono 991

CORTES PRIVATIVAS DEL ANTIGUO PRINCIPADO DE CATALUÑA

XV

CORTES

CELEBRADAS DURANTE EL REINADO DE D. ALFONSO V.

(Continuación.)

IV

Cortes de Tortosa de 1429-1430.

[Conclusión][1]

XXV[2]

[3] *Translatum Gravamen quod cause civium Barchinone post recessum Gubernatoris Cathalonie habent reduci ad ordinarios.*—P.[us] Ger[4] [ona]. P.[us] de Colle, minor.

Noverint universi: Quod cum Illustrissimus dominus, dominus Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, dux Athenarum et Neopatrie ac eciam

[1] Véase en la pág. 356 del tomo XIV de esta Colección el epígrafe y la nota primera.

[2] Archivo Municipal de Barcelona.—Consta este Manuscrito de 96 folios, de ellos 73 útiles, distribuídos en cinco cuadernos. El primer cuaderno comprende desde el folio en que se halla la portada ó cubierta de la información testifical (*Translatum recepcionis testium*, etc.) hasta el folio 20. El segundo, desde el folio 21 al 36, en que concluye dicha información. El tercer cuaderno, desde el folio 32, en que se lee la portada del Proceso de Agravios incoado ante el tribunal de Provisores (*Translatum Gravamen quod cause civium*, etc.) hasta el folio 67, comenzando en el folio 68 el Proceso sobre el mismo Agravio reproducido en las Cortes de 1431-34 bajo la palabra *Repetitio*. El cuaderno cuarto, del folio 78 al 85. Y el cuaderno quinto, del folio 86 hasta el final de este último Proceso.

[3] Al imprimir este Manuscrito se ha alterado el orden con que al colector plugo copiar las dos primeras piezas procesales que contiene, á fin de darlas la colocación que les corresponde, según las reglas del Derecho procesal. A este efecto se publica en primer lugar la pieza que lleva por epígrafe *Translatum Gravamen quod*, etc., que ocupa los folios 32 á 68, que es la principal del Proceso, y á continuación la intitulada *Translatum recepcionis*, etc., inserta en los folios 1 á 31, por ser ésta, según el tecnicismo curial, rama ó *pieza separada*, pero accesoria ó agregada á aquélla.

[4] El resto del nombre está borrado.

Comes Rossilionis et Ceritanie, pro conservacione et tuicione regalis diadematis ac bono statu reipublice Cathalonie Principatus Curiam generalem cathalanis in civitate Dertuse indixisset, et ad diversos actus dicte Curie procesisset die mercurii undecima mensis januarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, convocata et congregata dicta generali Curia in domo capituli Sedis civitatis Dertuse prout alias consuevit congregari, in qua fuerunt presentes de quolibet statu Curie supradicte, reverendus in Christo pater dominus Dominicus Episcopus Ilerdensis, nomine tocius Curie generalis, obtulit et presentavit eidem Serenissimo domino Regi, in suo regali solio ibidem sedenti, quandam suplicacionem scriptam huiusmodi seriey.

Molt alt e molt excellent Princep e Senyor:

Continuant la suplicacio a Vostra gran Excellencia pus derrerament en la present Cort offerta e per deguda execucio daquella: Suplica la dita Cort que explicant la delliberacio, etc. *est in originali principali* [1].

Subsequenter die veneris decima mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus in Capella Palacii episcopalis civitatis Dertuse personaliter constitutis, fuit oblata per honorabiles dominos Johannem Ros, Johannem Fivallerii, Johannem Buçot, Sindicos et Nuncios, ac eciam discretos Johannem de Fontecohoperto et Johannem Ros, Notarios, Sindicos et Procuratores civitatis et singularium Barchinone quedam querela in viam Gravaminis tenoris subiuncti:

Princeps juste:

Quia Regia Magestas sua solita benignitate consuevit facere reparari Gravamina per suos illustres predecessores et vestram dominacionem illata suis Universitatibus, vassallis et subditis et eciam se et suos Officiales et ministros: Pro tanto, Sindici civitatis Barchinone suplicant humiliter Vestre Sacre Regie Magestati quatenus de et cum consilio Provisorum presentis Curie, sua solita clemencia ex justicie debito, facere reparari dignetur et ad debitum ac justum statum reducere Gravamina que sequntur, in et super illis debite providere in et super eis debite apunctatis et delliberatis per dictos Provisores de congruis provisionum reparacionibus provideri et aliis per justiciam ministrari.

[1] Véase la pág. 62 del tomo XIV de esta Colección.

Item, cum per Constituciones Cathalonie ac eciam privilegia Barchinone fuerit per dictos Illustrissimos dive memorie Reges predecessores vestros constitutum ac ordinatum Audiencia vestra ac dicto Gubernatore, huic a dicta civitate absente, causas debere reducere ad ordinarios et sit verum ab aliquibus temporibus circa ita fore praticatum, quod absente Vestra Magestate et Vestra Audiencia ab hac civitate ymmo et dicto Gubernatore cum vestre dicte Audiencie ac dicti Gubernatoris comittitur judicibus delegatis hoc quamplurimum captando Notarios sive Scriptores, facto pacto sive convencione de dando eis aliquam partem lucri sive emolumenti, et sich est verum dicere quod cause predicte non redeunt ad ordinarios quod fit contra constituciones de comissariis et alias contra diversas constituciones et contra privilegia et contra loqualia Barchinone, ideo suplicant dicti Sindici ad reparacionem Gravaminis aliter providere dignetur et declarare, quod omnia acta in contrarium sint nulla et illa non potuisse nec posse fieri, providendo ut de cetero dicte comissiones non fiant taliter ut dicte constituciones, privilegia et localia illese serventur, in et super quibus supplicant de congruo reparacionis remedio provideri et alias justicie complementum ministrari.

Quaquidem Querela oblata in viam Gravaminis, ut prefertur, dicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores Gravaminum retinuerun t sibi acordium et deliberacionem super modo procedendi in predictis.

Et die lune que erat XIII dies dicti mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, jam lapsis viginti diebus omnibus dare volentibus Gravamina coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus per actum Curie assignatis, convocata et congregata dicta generali Curia in domo capituli dicte Sedis Illustrissima et Magniffica Principissa et Domina, domina Maria, Dei gracia, Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini sui, ibidem in regio sedens solio, per actum Curie legi et publicari inibi fecit et mandavit provisionem et seu assignacionem sequentem:

[1] La Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor Rey, a tots

[1] Esta real provisión concuerda en el fondo con la impresa en las páginas 102 y 103 del tomo XIV de la presente Colección.—Las variantes entre ambos textos depende de haber omitido algunas palabras y añadido otras indebidamente. Véase otro texto del mismo documento, *rectificado*, en la pág. 368 del citado volumen.

aquells qui davant los Provehidors dels Greuges en la present Cort assignats, dins los xx dies a proposar lurs Greuges preffigits, segons natura de Greuges Provehidors, assigna per als dits greuges de Cort provar e instruhir los dits greuges per testimonis o altres scriptures e les attestacions produhir e exhibir davant los dits Provehidors xxx dies, los quals xxv dies e trenta los xxv, los trenta comensen a correr lo dijous primer vinent e sien continuus, e los xxv complesquen lo xii dia del mes de març primer vinent, incautant e avisant general e publicament a tot hom que quescu delliber be e haja son bon consell per forma que va e infructuos carrech de prova e instruccio no accepta e aquell e altres despeses voluntariament fetes se sotsmeta si la Querela per ell proposada de sa natura no cau sots la conexença o nocio dels dits Provehidors o per qualsevol altra manera no es per aquells admetedora. Com la dita Senyora atorga copia de les dites Quereles al fisch e als Officials del dit Senyor e a tots altres qui pertoque o sia interes los assigna terme de xxxx dies qui comensen a correr lo dit dia de dijous primer vinent per delliberar *utrum cedant vel concedant* e a respondre si volran a les dites respostes, excepcions e defensions e tot ço que diran e proposaran si volran provar e instruhir per testimonis o scriptures, e les proves e instruccions produhir e exhibir davant los dits Provehidors. E los salva tot llur dret sobre totes llurs excepcions, deffensions e drets de qualsevol manera e qualitat sien.

E per donar expedicio a la conexença e desempatxament dels dits Greuges, de present la dita Senyora atorga a tots aquells qui volran citatories contra aquells contra qui les dites Quereles son dirigides e donades, e encara letres oportunes per rehebre testimonis e compulsóries per a tots Notaris e Scrivans e persones qualsevol actes, instruments e scriptures detinents, e que les dites scriptures donen e liuren als dits querelants, per qui fassen, o haverles volran, pera la sobredita prova o instruccio fahedores, les quals decontinent en sa Cancellaria mana esser desempatxades e liurades a les dites parts.

Ex post autem, die lune xx.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, Johannes Garcie, Virgarius Audiencie domini Regis, retulit se predicta ad instanciam dictorum Sindicorum, actorum et Procuratorum intimasse seu notifficasse Petro Bacet, utriusque juris doctori, Consiliario domini Regis et pro eo Baiulo Cathalonie generali in civitate Dertuse infirmante et pro eo Jacobus Nadal, Notario et Scribe Curie sue, dimittendo eidem Jacobo in scriptis per modum qui sequitur:

De part de la Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor Rey e per delliberacio dels Provehidors dels Greuges en la Cort general del Principat de Cathalunya ques celebra en la present ciutat de Tortosa, com los missatgers e Sindichs de la ciutat de Barchinona en nom demunt dit haien donades certes Quereles contra Micer Pere Baçet, Batle general de Cathalunya, assignats e citats lo dit Batle general que lo VI die apres la intimacio de la present per son lochtinent o procurador sia en la dita ciutat de Barchinona per veura jurar los testimonis per part de la dita ciutat produhidors et en la ciutat de Tortosa, devant los Provehidors, per respondre a les dites Quereles e posar e alleguar dins XXXX dies qui comenssaran a correr a XVI del present mes de fabrer totes excepcions, deffensions e drets e aquelles provar e instruhir, e provades, exhibir e produhir devant los dits Provehidors; en altra manera seria procehit degudament en la causa, la absencia e contumacia del dit Balla no obstant.

Et nichilominus, ipsa eadem die lune dictus Johannes Garcie, Virgarius, retulit se ad instanciam dictorum Sindicorum fecisse discreto Petro Baltanelle domini [Regis] Scriptori et Procuratori fisci in causis Gravaminum personaliter reperto, dimitendo sibi in scriptis simul intimacionem et notifficacionem prout sequitur:

De part de la Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor Rey e per delliberacio dels Provehidors dels Greuges en la Cort general del Principat de Cathalunya ques celebra en la present ciutat de Tortosa, com los missatgers de Barchinona en nom demunt dit haien donades certes Quereles contra En Pere Valtanell, Scriva del Senyor Rey e Procurador fischal del dit Senyor en los actes dels Greuges, assignats e citats lo dit Pere Valtanell que en nom demunt dit que lo VI dia apres la intimacio de la present sia en la ciutat de Barchinona per si o per son sostituhit per veura jurar los testimonis per part de la dita ciutat produhidors et en la ciutat de Tortosa, davant los dits Provehidors, per respondre a les dites Quereles e possar e alleguar dins XXXX dies qui comensaran a correr dijous ques comptave XVI del present mes de fabrer totes excepcions e deffensions et aquelles provar et instruir et provades, exhibir et produhir davant los dits Provehidors; en altra manera seria procehit, la absencia e contumacia del dit Pere Valtanell no obstant. Data Dertuse XIII dies febroarii anno a Nativitate Domini MCCCC tricesimo.

Ce[te]rum die sabbati duodecima mensis marcii anno a Nativitate Do-

mini millesimo quadringentesimo tricesimo in dicta aula Palacii episcopalis Dertuse, congregatis circa horam terciam post meridiem reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus, conserentes jamdicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros Sindicique pretacti, obtulerunt et produxerunt quandam posicionem in uno folio papiri scriptam in dicta provisione mencionatam quarum tenores sic se habent:

Super xxv.° de causis remittendis ordinariis post recessum domini Regis et Gubernatore.

Quo ad xxv Gravamen Sindicus civitatis producit constituciones Regis Petri tercii in Curiis Cervarie c *Preterea.*

Item, producit constituciones domine Regine nunch regnantis factam in Curia Barchinone incipientes: *Tollents los abusos* in verso *en aint.*

Item, producit constitucionem Regine regnantis in Curia Barchinone que incipit: *Per toller vexacions,* etc. et provisiones Regis Petri in Curiis emanatis.

Item, producit informacionem receptam Barchinone de hiis que contra facta sunt quatenus faciant pro eo sine pluri.

Producit eciam dictus Sindicus si et in quantum pro dicta civitate faciat sine pluri litteras Serenissimorum Regis et Regine regnancium et honorabilis Bernardi de Corberia militis Gubernatoris Cathalonie ad monstrandum quod fuit factum contra predictas constituciones et contra privilegia, salvo jure amplius producendi.

Quibus oblatis et productis, jamdicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores stantes et perseverantes in dictis prediccionibus, salvitatibus et aliis provisionibus per dictam dominam Reginam factis terciadecima mensis proxime preteriti, mandarunt omnia producta inseri et continuari in processu:

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, fidelibus peticionariis nostris seu incliti et magnifici infantis Johannis nostri carissimi Primogeniti in Regnis et terris nostris generalis Gubernatoris, Ducis Gerunde, Comittis Cervarie eorumque locatenentibus, salutem et graciam. Precepimus ex supplicacione nobis humiliter oblata per nuncios civitatis Barchinone ad nostram Curiam noviter deputatos, quod in Barchinona et aliis locis Cathalonie cum Nos ibidem cum nostra Curia seu Curia dicti nostri Primogeniti adesse contingit factis vobis fieri de Curiis ordinariorum ipsorum locorum multos processus civiles et criminales ut possitis vobis emolumenta ex ipsis processibus provenien-

cia occupare in illorum presertim qui partem in dictis processibus faciunt, cum inde inmoderatis salariis vexentur maximum nocumentum. Quia propter, a Nobis super hiis justicie remedio postulato, vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus: quatenus hoc de cetero minime facere presumatis nisi Cancellarius seu Vicecancellarius nostri seu dicti nostri Primogeniti vel eorum locatenentes de negociis in dictis processibus contentis cognoscere velint, et tunch salariis que pro ipsis processibus consueverint recipere Scriptores Curiarum dictorum ordinariorum volumus vos esse contentos. Quando autem Nos vel dictum nostrum Primogenitum a locis illis continget recedere, predictos processus Scriptoribus dictarum Curiarum teneamini tornare ut in ipsorum posse melius conserventur. Mandantes huius serie dictis Cancellario et Vicecancellario et eorum locatenentibus ut hanc provisionem nostram faciant inviolabiliter observari. Data Cesarauguste XVIII.ª die junii anno a Nativitate Domini millesimo CCC.° sexagesimo septimo.—*Episcopus Oscensis.*

Ego Didacus Garcia, Illustrissimi Domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone presens translatum, de mandato domini michi facto cum eius littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, a quodam Regestro Serenissimi domini Regis Aragonum *Comune* intitulato in dicto archivo recondito, sumpsi et cum eodem legaliter comprobavi. Et ut fides plenior impendatur hec manu mea scripsi in testimonium premissorum.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc. Fidelibus, universis et singulis Scriptoribus nostris vel Curie nostre ac nostri Primogeniti quibuscumque, salutem et graciam. In generali Curia quam cathalanis in presenti civitate celebramus Nobis per Bratxium civitatum et villarum regalium humiliter supplicato ut cum existentibus Nobis vel dicto Primogenito nostro in aliqua civitate, villa seu loco vos vel aliquis non faciatis diversos processus inquisicionum eciam et civibus ipsosque post Nostri vel dicti Primogeniti nostri recessum vobiscum ducatis, dignemur super hiis debite providendo eosdem in posse ordinariorum dicte civitate, ville seu loci de cetero facere remanere, vobis et cuilibet vestrum, dicimus et mandamus expresse quatenus dictos processus in posse ordinariorum ipsorum penitus relinquatis. Data Barchinone XIIII die marcii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo LX.° nono.—*Petrus*, Cancellarius.

Nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc. Quia in generali Curia quam celebramus cathalanis in hac civitate fuit Nobis per illos de Brat-

chio civitatum, villarum et locorum regalium Cathalonie oblatum inter cetera capitulum infrascriptum. Item post recessum domini Regis et domini Ducis Cancellarie remanent in civitatibus et villis et Cancellarii seu Regentes ipsas Cancellarias intromittant se de omnibus causis ferendo sentencias et declaraciones ac alia omnia faciendo prout faciebant in presencia ipsorum dominorum Regis et Ducis, et ex hoc sequntur multa inconveniencia que de se patent, quod supplicetur quod dicti Cancellarii seu dicti Regentes nullam potestatem habeant signandi litteras nec dictas sentencias proferendi nec faciendo aliquas provisiones justicie post dictum recessum: Tenore presentis annuentes dicte supplicacioni benigne mandamus: quod nec dicta Cancellaria nostra nec dicti Ducis ultra decem dies post nostrum recessum remaneant pro factis justicie expediendis et sich observari volumus et jubemus: in cuius rei testimonium hanc fieri et nostro sigillo pendenti jussimus comuniri. Data Barchinone XIII die marcii anno a Nativitate Domini millesimo tricentesimo LX.° nono regnique nostri XXXIII.°—*Petrus*, Cancellarius.

Ego Didacus Garcie, Illustrissimi domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone, prescripta duo translata, de mandato domini Regis michi facto cum eius littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono a quodam Regestro Serenissimi domini Petri bone memorie Regis Aragonum *Diversorum* in dicto archivo recondito, sumpsi et cum eodem veridice comprobavi. Et ut fides plenior impendatur hec manu mea scripsi in testimonium premissorum.

Hoc est translatum fideliter sumptum a tribus litteris sive comissionibus Illustrissimi domini Regis Aragonum ab una Serenissime domine Regine ipsius domini Regis Locumtenentis generalis et consortis et ab altera honorabilis domini Gubernatoris Cathalonie sigilloque ipsorum dominorum Regis et Regine et domini hononorabilis Gubernatoris cere virmilie ut primis aspectibus videbatur in ipsarum litterarum dorso sigillatis.

Quarumquidem litterarum tenoris per ordinem sich se habent:

Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie. Fideli nostro Bernardo de Ponte juniori legum doctori civitatis Barchinone, salutem et graciam. Causam seu questionem que in nostra Audiencia ducta fuit et ducitur eciam de presenti inter Johannem de Busquetis, nomine procuratorio Francisce uxoris sue, agentem, ex una parte, et Franciscum Colomerii, deffenden-

tem, ex altera, causis et racionibus in processu inde actitato contentis que vobis et Anthonio Bonelli legum doctori ad colligendum et refferendum in nostro consistorio, oraculo vive vocis, fuerat comissa, qui dictus Anthonius in dicta causa renunciavit, dicimus vobis propter nostri recessum quem ab huiusmodi civitate facturi sumus, harum serie comittendam, mandantes vobis quatenus vocatis partibus supradictis et earum racionibus ad plenum auditis resumptisque processibus inde actitatis in eo puncto quo sunt quos vobis per eosdem detentores ilico tradi, volumus et jubemus in dicta causa procedatis eamque de et cum sigillo Petri Jaufridi legum doctoris decidatis et sentencialiter fine debito terminetis, prout per justiciam inveneritis fore fiendum, procedendo in predictis breviter simpliciter summarie et de plano sine strepitu et figura judicii sola facti veritatis attenta maliciis et diffugiis omnibus ultrojectis. Nos enim vobis modo predicto super predictis omnibus et singulis cum dependentibus, emergentibus et eisdem connexis vices nostras comittimus plenarie cum presenti. Data Barchinone vicesima prima die novembris anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.—*De Funes*, Vicecancellarius.

In *Comuni* XVII.°

Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie: Fideli nostro Galcerando Torroni legum doctori civitatis Barchinone, salutem et graciam. Causam seu questionem que in nostra ducitur Audiencia inter Petrum ça Grau barbitonsorem ex una et Mathiam Jordani mercatorem cives civitatis Barchinone partibus ex altera, causis et racionibus in processu inde actitato contentis, quam causam colligendam et in nostri Audiencia refferendam vobis oraculo vive vocis comissimus propter fidelem recessum quem ab hac civitate de proximo sumus facturi vobis harum serie duximus comittendam, mandantes vobis quatenus resumpto processu et scripturis quibuscumque quem et quas per quempiam illum et illas detentores ilico vobis tradi volumus et jubemus vocatisque dictis partibus et earum racionibus ad plenum auditis dictam causam de et cum consilio Petri de Rexacho et Petri Gerona legum doctorum decidatis et sentenciam aliter fine debito terminetis prout de jure et racione inveneritis faciendum; procedendo in predictis breviter, simpliciter, sumarie et de plano sine strepitu et figura judicii sola facti veritate attenta, maliciis et diffugiis omnibus ultroiectis. Quoniam nos vobis modo predicto in et super predictis omnibus et singulis et dependentibus et emergentibus et eisdem annexis vices nostras plenarie comittimus cum presenti. Data Barchi-

none XVII.ª die novembris anno a Nativitate Domini millesimo CCCC.° XXVIII.°—*De Funes*, Vicecancellarius.

In *Comuni* XXV.°

Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comittisa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comittisa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Fidelibus nostris Francisco Dalçamora et Francischo Castilionis legum doctoribus civibus civitatis Barchinone, salutem et graciam. Causam seu questionem que in nostra ducitur Audiencia inter Mariam uxorem Petri Alamanni Notarii Villefranche Penitensis parte ex una et Bernardum Macianum Codina mercatorem civem civitatis Barchinone parte ex altera, causis et racionibus in processibus inde actitatis propter nostrum felicem recessum quem Domino concedente de presenti fecimus a civitate Barchinone apud villam de Mahela Regni Aragonum ac eciam pro [e]vitandis parcium laboribus et expensis, harum serie, vobis dicimus et mandamus: quatenus vocatis partibus et earum racionibus ad plenum auditis ac resumptis processibus in puncto quo sunt quos per quempiam detentores vobis tradi, volumus et jubemus dictum negocium colligatis ac eo collecto assumptisque Bonanato Petri, Michaeli Tosselli, Francischo Dortal, Guillermo Perilloni et Thoma Boria legum doctoribus civibus civitatis Barchinone, quod vos in Consiliarios damus et adjungimus, dictum negocium concludatis conclusionisque vita adiectis Consiliariis diligenter exquiratis ea que et processibus coram vobis actitatis taliter quod eis fides indubia valeat ubique adhiberi Nobis per nuncium transmitere procuretis ut eis per nos visis et recognitis in dicta causa valeat in nostra Audiencia sentencia promulgari. Data Barchinone die tricesima junii anno a Nativitate Domini millesimo CCCC.° tercio.—*Joh R.*

In *Comuni locumtenencia* XII.°

Bernardus de Corberia miles, Serenissimi domini Regis Consiliarius et pro eodem domino Gubernator Cathalonie generalis, dilecto Jacobo Calliç militi jurisperito civitatis Barchinone, salutem et dileccionem. Causam seu questionem que ducta fuit ac eciam ducitur inter Johannem Pla cultellarium civem Barchinone parte ex una et Petrum Arenes blanquerium dicte civitatis ex altera, [causis] et racionibus in processu inde actitato contentis et que per Nos vobis ad colligendum et in nostri Audiencia refferendum extitit comissa vobis ex quo in dicta vostra Audiencia recessum a presenti civitate Barchinone ducimus comittendam mandantes vobis, quatenus vocatis partibus supradictis et ipsis in eorum juribus ad plenum auditis resumptisque processibus quibusvis

quos per eorum detentores ilico vobis tradi, volumus et jubemus de predicta causa seu questione ipsiusque meritis cognoscatis eamque decidatis et sentencialiter fine debito terminetis prout de jure et racione inveneritis faciendum procedendo in et super hiis breviter, simpliciter, sumarie et de plano sine strepitu et figura judicii sola facti veritate attenta, maliciis et difugiis reiectis quibuscumque. Nos enim que super predictis omnibus et singulis cum ex inde dependentibus et emergentibus ac eisdem adherentibus et connexis vices nostras comittimus plenarie cum presenti. Data Barchinone quarta die novembris anno a Nativitate Domini millesimo cccc vicesimo nono.—*P.*[us] *F.*, Assessor.

Predictum translatum fuit sumptum fideliter ab originalibus prescriptarum quatuor litterarum et cum eisdem legittime per me Petrum Danesa auctoritate regia Notarium publicum civemque Barchinone et ideo ego dictus Notarius in testimonium evidens premissorum et ut fides plenaria in judicio et extra impendatur hec manu propria scripsi meumque solitum in instrumentis aposui Sig✠num.

Necnon dicti honorabiles Ambassiatores, Sindici, actores et Procuratores faciendo fidem de eorum potestatibus obtulerunt et produxerunt instrumenta sequencia:

Noverint universi: Quod die sabbati, etc. *Sunt in primo processu Querele in viam Gravaminis oblatis pro parte civitatis Barchinone* [1].

Citacio Gubernatoris.

Noverint universi: Quod die sabbati que fuit vicesima quarta mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo hora undecima ante meridiem diey eiusdem vel inde circa, existens personaliter constitutus ante presenciam honorabilis domine Margarite uxoris multum honorabilis viri domini Bernardi de Corberia militis Gubernatoris Cathalonie generalis intus castrum de Pubello situm infra diocesem Gerundensem personaliter adinventus discretus Johannes de Crexello Notarius civis Barchinone subsindicus ad subscripta et plura alia peragenda legittime constitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Notario et cive Barchinone, Procuratore legittime constituto ab honorabilibus dominis Consiliariis generali Consistorio sive Parlamento et ab Universitate civitatis Barchinone et eius singularibus prout de potestate ipsius Sindici constat plene ut narratur instrumento publico inde confecto apud gradarium Palacii antiqui Regii civitatis

[1] Véase el documento impreso en la pág. 468 del tomo XIV de la presente Colección.

Barchinone vicesima septima die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzato per nobilem Arnaldum Guillermum de Ballaria Vicarium tunch Barchinone, clausoque et subsignato per venerabilem Bonanatum Egidii Notarium publicum honorabilis Consilii Barchinone vita functum, in quaquidem procuracionis, sindicatus et auctorie instrumento fuit dicto Sindico, ut asseritur, data et concessa potestas Procuratores, Sindicos et actores unum seu plures ad subscripta et plura alia peragenda, substituendi, de dicto autem sindicatu et potestate predicti Johannis Crexello plene constat instrumento inde facto Barchinone decima octava die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque et subsignato per discretum Johannem Franch, auctoritate regia Notarium publicum Barchinone dicto nomine in presencia Notarii subcontentis et testium videlicet, discreti Guillermi Raymundi Rectoris et discreti Guillermi Villella sartoris dicti castri de Pubello ad hec vocaturum specialiter assumptorum, dicte honorabili domine Margarite peciit verbo predictus subsindicus an esset inibi dictus multum honorabilis dominus Bernardus de Corberia vir suus nec ne. Quequidem honorabilis domina Margarita predicte interrogacioni verbo ibidem respondens dixit: quod multum honorabilis vir suus vere non erat inibi in dicto castro de Pubello neque diu fuit in eo, ymmo causa reipublice ut dixit diuturno tempore erat et fuit absens a tota diocesi Gerundensi et quod ipsa nesciebat ubi erat; bene autem et dixit cogitabat quod erat cum domino Rege pro negociis regiis et reipublice. Quare, dictus discretus Johannes Craxello nomine predicto protestando expresse de absencia dicti multum honorabilis domini Bernardi de Corberia, exhibuit et presentavit dicte honorabili domine Margarite conjugi dicti multum honorabilis domini Bernardi de Corberia et intus dictum castrum et habitacionem ante dicti multum honorabilis domini Bernardi de Corberia et per me memoratum et subscriptum Notarium legi publice et in lingua materna peciit et requisivit quandam patentem reginalem papiri litteram in eius tergo ut primis videbatur spectibus sigillo regio sigillatam seriey sequentis:— «Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Valencie, Sicilie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comittissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilectis nostris Johanni de Corberia militi, olim Regenti officium, et Bernardo de Corberia militi Gubernatori Cathalonie, salutem et dileccionem. Cum per fideles nostros Ambaxiatores et Sindicos civitatis Barchinone nomine dicte civitatis et pro interesse eciam omnium civium in dicta

civitate habitancium contra vos et Baiulum generalem Cathalonie coram Provisoribus Gravaminum in dicta generali Curia Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis fuit oblata quedam Querela de qua ad partem vobis copiam clausam sigillatam transmissimus cum presenti, Nosque, de consilio et delliberacione dictorum Provisorum, vos citandos esse decernimus. Propterea vos presencium tenore citamus vobisque dicimus et mandamus: quod die sexta post huiusmodi presentacionem vobis factam personaliter vel ad domos habitacionum vestrarum per vos vel vestrum ydoneum Procuratorem vel Procuratores plenarie instructis in dicta civitate Dertuse coram dictis Provisoribus compareatis responsuri dicte Querele et ad proponendum et allegandum intra quadraginta dies qui incipient currere die jovis XVI.ª presentis mensis omnes excepciones et deffensiones et jura vestra, illaque probandum et instruendum probataque exhibendum et producendum coram dictis Provisoribus et aliis debite processuri in causa dicte Querele usque ad eius decisionem et eciam conclusionem totalem eiusdem inclusive. Alioquin procederetur in dicta causa ad omnes et singulos actus ipsius cause usque ad totalem decisionem et totalem conclusionem eiusdem, vestri absencia et contumacia nullatenus obstantibus. *De Funes,* Vicecancellarius.»—Et cum ego dictus ac subnominatus Notarius preinsertam reginalem litteram dicte honorabili domine Margarite legere vellem, predicta honorabilis domina Margarita dixit quod ipsa habebat et possidebat dictam litteram pro sibi lecta et publicata dicens: quod ipsa talia negocia non intelligebat, ob quod dixit quod, loquendo cum illis quibus decet reverencia et honore, dictam litteram nec nomine [sui nec] dicti viri sui non accipiebat nec admitebat, et quod dicto viro suo tempus non curreret donec sibi dicta littera personaliter presentata foret. Et hiis sic ut premittitur gestis, dictus discretus Johannes Crexel previo nomine porrigendo manum suam dexteram cum dictis litteris et copia, versus dictam honorabilem dominam Margaritam dixit: quod ipse credebat realiter et de facto dicte honorabili domine Margarite in sui prima figura preinsertam reginalem litteram necnon quendam quinternum papireum clausum et in eius dorso sigillo dictorum multum honorabilium Provisorum Gravaminum ut prima facie apparebat sigillatum et epigramatum et supra sigillum sub hiis verbis: *Tradatur Bernardo et Johanne de Corberia militibns,* in quo quinterno ut ipse Sindicus asseruit continebatur Querela Gravaminum in sepedicta littera reginali mencionata per multum honorabiles Ambaxiatores et Sindicos civitatis Barchinone contra dictos honorabiles Bernardum et Johannem de Corberia prout narrabatur in preambula reginali littera

opposita. Quamquidem litteram nec quinternam seu copiam ipsorum Gravaminum dicta honorabilis domina Margarita noluit recipere ac capere quamvis dictus subsindicus illa de facto sibi traderet; obque dictus Sindicus ipsam litteram et copiam dicte Querele clausam, ut predicitur, et sigillatam tradendo, ut dixit, in quantum in ea fuit dicte honorabili domine Margarite dimisit intus dictum castrum ponendo illa coram dicta honorabili domina Margarita supra quandam tabulam cuiusdam comestorii dicti castri. Quequidem omnia et singula supradicta dictus discretus Johannes Craxell subsindicus peciit per ordinem scribi et continuari et deinde sibi eodem nomine et dictis principalibus suis si quando et quociens pecierit et habere voluerit fieri atque tradi unum seu plura publicum et publica instrumenta per me dictum et subscriptum Notarium ad habendum rei gestis memoriam in futurum.—Post predicta, die sabbati hora quinta post meridiem diey eiusdem vel inde circa in presencia mei dicti et subscripti Notarii et testium, scilicet, Johannis Çabaterii et Francisci de Pace Scriptorum Gerunde ad hec vocatorum et assumptorum existens personaliter constitutus, discretus Bartholomeus Costa Scriptor civis Gerunde Procurator ut asseruit ad subscripta et plura et alia peragenda et legittime constitutus a dicta honorabili domina Margarita uxore preffati multum honorabilis Bernardi de Corberia tradidit michi dicto et subscripto Notario pro responsione et loco responsionis predictorum quandam papiri cedulam scriptam seriey sequentis: Asserte citacioni et contentis in eadem Margarita uxor et conjuncta persona dicti honorabilis Bernardi de Corberia Gubernatoris Cathalonie generalis dicit quod dictus honorabilis Bernardus longa sunt tempora fuit et est absens ex causa necessaria et probabili a suo domicilio et a toto Episcopatu Gerundensi et est in servicio domini Regis ex causis multum arduis et necessariis Serenissimum dominum Regem tangentibus. Ideo dicta domina supplicat serenitati reginali dictam citacionem tolli et pro non factis haberi vel saltim dictum honorabilem [Bernardum] fore citandum personaliter in loco ubi est, hoc est, in loco ubi dominus Rex est, cum ita per justiciam fieri debeat que petit continuari, etc. Quibus sich, ut predicitur, gestis, dictus discretus Bartholomeus Costa, previo nomine, peciit et requisivit dictam proxime insertam cedulam in fine premissorum inseri et continuri. Et inde sibi eodem nomine et domine honorabili principali sue ac predicto multum honorabili Bernardo de Corberia et aliis quorum intersit fieri atque tradi si quando et quociens pecierit et habere voluerit unum seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum Notarium ad habendum rei geste memoriam in futurum. Que fuerunt acta,

partim in dicto castro de Pubello et partim in civitate Barchinone die, horis et anno predictis, presentibus me dicto [Notario] et testibus superius nominatis ab hec, ut predicitur, vocatis specialiter et assumptis.

Sig✠no Franciscus Cerviani Notarius publicus auctoritate regia substitutus a Bernardo de Campolongo publico civitatis et Vicarii Gerundensis suarumque pertinenciarum Notario hec quibus omnibus et singulis dum sich ut predicti agerentur interfui eaque requisitu in modum redigens scripsi et clausi.

Ex post, die mercurii XVI.ª mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadriugentesimo [tricesimo] coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus, in Capella Palacii episcopalis Dertuse, comparuerunt dicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros Notarii et Sindici antedicti, et dictis nominibus obtulerunt et produxerunt diversa plica clausa et sigillata sigillo honorabilis Vicarii Barchinone in quibus plicis erant recepciones testium productorum pro parte Universitatis Barchinone et in eadem civitate Barchinone receptorum pretextu nonnullarum Querelarum in viam Gravaminum datarum et oblatarum coram dicto Illustrissimo domino Rege et dictis dominis Gravaminum Provisoribus. Et nichilominus dicti Sindici verbotenus pecierunt et requisiverunt testes jamdictos publicari et pro publicatis haberi. Et eciam inde Sindici faciendum fidem de recepcione dictorum testium obtulerunt et produxerunt nonnullas litteras consultorias dicti honorabilis Vicarii Barchinone inter quas erat scripta et sigillo honorabilis Vicarii Barchinone ut primis spectibus videbatur in eius dorso sigillatas.

Et oblatis dictis plica testibus et littera predicta, confestim jamdicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores, stantes et perseverantes in prediccionibus, salvitatibus et assignacionibus predictis per dictam Illustrissimam dominam Reginam XIII.ª die febroarii proxime lapsi factis, mandarunt predictam litteram in presenti originale processu inseri et continuari remittendo eis delliberacionem super publicacionem dictorum testium.

Tenor autem littere predicte talis est:

Reverendo multumque honorabilibus et circunspectis viris Provisoribus Gravaminum in generali Curia Principatus Cathalonie que nunch in civitate Dertuse celebratur deputatis, Johannes de Barbarano miles Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis Modiliani et Modilianensis, salutem. Cum omni vestri reverencia et honore, vestris reverencie et

circunspeccionibus honorandis, volumus per presentes reservari Nos in vim cuiusdam littere Illustrissime domine Regine Illustrissimi domini Regis Locumtenentis generalis date Dertuse tercia decima febroarii proxime lapsi nobis per dictum Johannem Franch Notarium subsindicum civitatis Barchinone presentate subsindicus, eodem instante et requirente, recipi et examinari fecisse et mandasse per Laurencium de Colle auctoritate regia Notarium publicum Barchinone scriptoremque in nostri Curia juratum, omnes illos testes quos vobis seu dicto Notario et Scriptori jurato dictus subsindicus duxerit nominatos in et super contentis in quibusdam Querelis sive Gravaminibus coram vobis per honorabiles Missatgerios et Sindicos dicte civitatis nomine civitatis eiusdem et pro interesse habitancium in eadem oblata contra honorabiles Bernardum de Corberia Gubernatorem et Johannem de Corberia, olim officium gubernacionis Regentem et Baiulum Catbalonie generalem de quibusdam Querelis sive Gravaminibus per dictam dominam Reginam, fuit nobis transmissa copia ad partem clausa sigillata, quique testes de nostri mandato per prius ad dicendum plenam et meram veritatem citati fuerunt, medio juramento per eos prestito, per dictum Notarium et Scriptorem juratum super Querelis eisdem examinati et diligenter interrogati, eorumque deposiciones in scriptis fideliter redactes, prout continetur in processibus et super recepcione ipsorum testium in posse dicti Notarii et Scriptoris jurati actitatis, quos processus eorum reginali mandato in et cum dicta littera per dictam dominam Reginam nobis facto vestris reverencie et circunspeccionibus testes transmittimus cum presenti: quas ex parte dicti domini Regis et autem officii quo fungimur per presentes, certifficantes quod ipsi testes sunt bone fame et condicionis et vite et conservacionis honeste et tales quod ipsis et eorum dictis seu attestacionibus fides plenaria indubie est adhibenda. Data Barchinone octava die mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Post autem predicta die lune intitulata XXVII.ª marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse comparuit discretus Petrus Valtanell regius Procurator sive fischalis. Et obtulit et produxit sequencia in scriptis.

Multa Gravamina seu verius Querele que fuerunt oblata seu oblate coram Provisoribus Sancti Cucuphatis fuerunt hic repetita, unde Procurator fischalis eciam hic dat et repetit ac offert et pro datis et oblatis et

repetitis vult habere omnes excepciones, deffensiones et alia quecumque in dictis processibus pro parte Curie oblatis, necnon produxit instrumenta, scripturas et alia documenta ibidem producta et mencionata, et pro datis et oblatis vult haberi coram vobis dominis Provisoribus.

Ulterius: cum in dictis processibus sunt plurime sentencie et declaraciones que non tantum faciunt ad causam super qua vel occasione cuius sunt oblate sed eciam ad alias causas cum sint late in hiis que sunt juris ut pote declaratorie que non intiment Gravamina que faciunt jus quo ad alias dictas sentencias producit Procurator fischalis in presentibus causis sive Querelis et in unaquaque causarum quatenus pro eo faciant et non plus, cum potestas dictorum Provisorum esset ita lata quod sapiebat jus et pro actu Curie habebantur, ut predicitur.

Non minus pars dicte Curie quod in singulis Querelis coram vobis fuerunt quamplurima producta, de quibus non potuit habere copiam nec potest usque nunch Scriptorum processum, et eo quia est impossibile quod pars fisci possit eis satisffacere attenta brevitate temporis ut jam Procurator fischalis coram vobis pluries dixit et exposuit in Querela: Pro tanto, Procurator fischalis requirit et protestatur quam maxime quia parti actrici que jam ex magno tempore veniebat et veniebant ac instructa fuerunt et datis xx quinque dies et amplius et parti fisci que est rea et que favorabilior est, in dilacione solum fuerunt datis xv que fuit disposita currere non expectato quod pars fisci habuerit copiam productorum quam exorbitat ab equitate judiciali et ab omni jure tramite, salva reverencia dominorum; alias protestatur quod non stat per Procuratorem fischalem nec per suos advocatos sed per vos dominos Provisores et de nullitate et omni pleno jure et interesse de quibus cum debita reverencia protestatur, requirens hanc inseri et continuari in quolibet processu et ad partem fieri publicum instrumentum.

Quid plura? vos honorabiles domini Provisores estis solum cognitores Gravaminum Curie et ex comissione et per dominum Regem et dominam Reginam actitatis demostratur et alia ex generali consuetudine, usu et observancia Curiarum est usitatum et stilatum. Ut ergo et vos et partes sint relevati a laboribus et expensis et inquietacione inutili Procurator fischalis peciit et requirit, ante omnia per vos decerni seu declarari, vel verius per dominum Regem de vestri consilio, quod Querela de oblatis possit dici Gravamen Curie, alias non, et quod Querele que non continent Curie Gravamen repellantur et remittantur ad judices suos, quoniam in eis non defficeret justicia domini Regis et Officialium suorum, admissis aliis que continebant Curie Gravamen, super quibus est

contentus Procurator fischalis quod fit promissio et reparacio qualibet decet, justicia mediante.

Ulterius: quia multa sunt documenta que non potuerunt venire in manibus Curie, Procurator fiscalis quecumque documenta, processus et scripturas quas in futurum reperiet protestatur quod illa possit producere et hic producit et vult jam haberi pro productis hic in singulis processibus super justifficacionem quorum poterit adaptari prachmatichas, statuta et ordinaciones super juribus actis factas et retentas.

Quid plura? cum multe sint Querele in quibus vertitur interesse partis private, habita racione ante omnia cum contineant Gravamen et si possit dici Gravamen, Procurator fischalis pro deffensione Curie offert et producit quecumque oblatis et productis per partem privatam quatenus pro parte fisci faciant et non plus petens ita continuari.

Amplius dicit Procurator fischalis, que si alique Querele apparent in quibus non esset specialiter responsum vel propter multitudinem et confusionem Querelarum vel propter oblivionem, tamen quia non merentur specialiter responsionem vel eciam qua non possunt dari eo quia non mostratur ad presens offensa cum non possint haberi producta; ipse idem Procurator, negando contenta in eisdem quatenus faciant vel facere videantur contra fiscum, requirit ante omnia examinari et videri [an cedant] antedicte Querele in Gravamen vel non, cum hoc sit preiudiciale et serviat ad relacionem parcium et laboris vestrorum dictorum Provisorum et quod eciam si sibi videbitur in quocumque possit singulariter ponere et reponere et ita protestatur Procurator fischalis.

Et cum predicta cernant verum quemdam processum, requirit in quolibet continuari et poni cum ita sit de justicia faciendum.

Quibus oblatis, dicti reverendi et multum honorabiles viri domini Provisores Gravaminum mandarunt illas inseri et continuari, scilicet, previa in presenti originali processu et in aliis processibus tangentibus Fiscum regium, stantes et perseverantes in prediccionibus et assignacionibus et salvitatibus per dictam Illustrissimam dominam Reginam factis et superius scriptis.

Et ipsa eadem die XXVII.ª marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus in dicta Capella Palacii episcopalis personaliter constitutis comparuit preffatus Johannes de Fontecohoperto Sindicus qui supra, qui obtulit in scriptis quandam papiri cedulam sequencia [continentem]:

Quia partes que Gravamina obtulerunt certum limitatum terminum

habuerunt ad offerendum eorum Gravamina ad producendum testes, instrumenta et alia documenta quem terminum eis prorogari nullo modo obtinere potuerunt licet aliqui debitam facerent instanciam et ex justis ymmo justissimis causis: Quapropter, cum die iste labatur terminus honorabili Procuratori fischali et aliis omnibus contra quos oblata fuerunt ad dicendum et allegandum et producendum et probandum contra illa, peciit Sindicus civitatis Barchinone contra dictum honorabilem Procuratorem fischalem et alios contra quos oblata fuerunt Gravamina pro parte dicte civitatis, contumaciam si et in quantum potest et sibi licet, petit, supplicat et requirit illam dilacionem seu alium terminum dicto Procuratori fischali et aliis productis non dari seu modo aliquo prorogari, cum jam prolixum temporis habuerit et in judicio equalitas sit servanda, in secus agendis non consentit.

Quibus oblatis, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores mandarunt predicta omnia continuari in omnibus processibus tangentibus civitatem Barchinone. Et nichilominus dixerunt quod stabant et perseverabant in assignacionibus, prediccionibus et salvitatibus per dictam dominam Reginam supra factis.

Demum autem die lune decima aprilis anno a Nativitate Domini M.° CCCC.° XXX°. coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse congregatis, comparuit dictus venerabilis et discretus Johannes de Fontecohoperto Notarius, Sindicus predictus dicte civitatis Barchinone et obtulit et produxit coram eis quandam papiri cedulam scriptam et continuatam huiusmodi seriey:

Serenissima Regina:

Sindicus civitatis Barchinone obtulit nonnulla Gravamina in Curia que per Serenissimum dominum Regem et nunc per Vestram Magestatem ut Locumtenentem celebratur, in quibus Gravaminibus dictus Sindicus fecit aliquas producciones que Procuratori fischali pervenerunt comunicate et illas vidit advocatus fischalis et recognoscuit ad libitum quecumque volunt, et dictus Procurator fischalis fecit eciam aliquas producciones pro fundanda intencione sue partis, et aliquas cedulas obtulit de quibus dictus Sindicus nondum potuit habere copiam, et cum judicium non debeat claudicare, suplicat Vestre Magestati humiliter quatenus dignetur copiam dictarum Querelarum pro parte fisci oblatarum in produccione illius dicto Sindico concedere et mandare ut dictus Sindicus cum suis advocatis super jure dicte civitatis deliberare valeant,

cum nemini parti copia actorum debeat denegari, que, licet et justa, ad graciam reputabit.

Et oblata preinserta supplicacione papiri cedula, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores, stantes et perseverantes in prediccionibus, salvitatibus et assignacionibus per dictam dominam Reginam supra factis, mandarunt eandem papiri cedulam inseri et continuari in presenti originali processu copiamque de eadem utrique parti concedendo.

XXV.=M. CCCC. XXX.=*Translatum recepcionis testium productorum in civitate Barchinone ad instanciam subsindici Barchinone ad probacionem XXV Gravaminis* [1].

Jhs.

Noverint universi: Quod die lune intitulata vicesima mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo coram honorabili Johanne de Barbarano milite Vicario Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis comparuit discretus Johannes Franch Notarius civis Barchinone subsindicusque civitatis eiusdem, et presente ac vocato et assumpto in hiis me Laurencio de Colle, auctoritate regia Notario publico Barchinone Scriptoreque jurato in Curia Vicarie Barchinone, obtulit et presentavit dicto honorabili Vicario quandam patentem papiream litteram Illustrissime domine Regine Locumtenenis generalis Illustrissimi domini Regis et eius domini Regis sigillo, comuni et assueto in dorso ipsius Vicarie ut prima aparebat facie sigillatam, que est tenoris subsequentis:

Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel eius locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fidelis nostri Sindici civitatis Barchinone super quadam Querela per ipsos, nomine et pro interesse dicte civitatis et omnium civium in eadem habitancium, coram Provisoribus Gravaminum in Curia generali Principatus Cathalonie que nunc celebratur in presenti civitate Dertuse

[1] Este epígrafe se halla á modo de portada en el folio que sirve de cubierta al relacionado Manuscrito del Archivo Municipal.—Véanse las notas segunda y tercera de la pág. 1 del presente tomo.

deputatis oblata contra dilectos nostros Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacionis Cathalonie generalem ac contra Baiulum generalem Cathalonie et super in eadem Querela cuntentis, cuius processum clausam et sigillatam vobis ad partem transmittimus cum presenti quosdam intendant producere testes vestre jurisdiccioni submissos: dicimus et mandamus vobis, de dictorum Provisorum deliberacione et consilio, quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis vobis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela et circunstanciis omnibus eorumdem medio juramento per eos prestando debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidem Notarii in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes eos quanta testibus ipsis fuerit fides adhibenda. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assignamus quod post presentacionem huius et citacionis sibi fiende sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram vobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes ad quorum juramentorum et recepcionem nisi comparuerint, ut prefertur, ac testium recepcionem, in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo XXX.º—*De Funes,* Vicecancellarius.

Item, dictus discretus Johannes Franch Notarius et subsindicus Barchinone obtulit et presentavit jamdicto honorabili Vicario quoddam volumen sive quinternum papireum cum quadam enua pergamenea clausum sigilloque minori regio in dorso ipsius voluminis ut primis videbatur aspectibus sigillatam in quo siquidem volumine sive quinterno erat scripta scriptura sequens:

Tradatur Vicario Barchinone super comissione de testibus recipiendis contra Bernardum et Johannem de Corbaria, milites.

Et dicto volumine disclauso et sigillato, quod de mandato dicti honorabilis Vicarii disclausum fuit et disigillatum per me dictum Laurencium de Colle Notarium et Scriptorem juratum in dicta Curia Barchinone, fuit inventum intus ipsum volumen inter alia, scilicet, capitula sive Gravamina oblata coram honorabilibus et providis Provisoribus Gravaminum deputatis in generali Curia Principatus Cathalonie que nunc celebratur in civitate Dertuse per honorabiles Sindicos civitatis Barchinone oblata contra jamdictos honorabiles Bernardum de Corbaria milites ac Baiulum generalem Cathalonie sextum decimum *(sic)* Gravamen seu copia eiusdem tenoris seu seriey subsequentis:

XXV. Item, cum per Constituciones Cathalonie ac eciam privilegia Barchinone fuerit per dictos Illustrissimos dive memorie Reges predecessores vestros constitutum et ordinatum Audiencia vestra et dicto Gubernatori absente ab civitate causas reddere ad Ordinarios, et sit verum ab aliquibus temporibus citra ita fore praticatum quod, absente Vestra Magestate et vestra Audiencia ab hac civitate, immo et dicto Gubernatori cause vestre Audiencie et dicti Gubernatoris comituntur judicibus et delegatis, hoc quamplurimum captando Notarii sive Scriptores Curie vestre qui de processibus illorum faciunt comissionem aliis Notariis et Scriptoribus, facto pacto sive convencione de dando eis aliquam partem lucri sive emolumenti, et hoc est verum dicere quod cause predictis non reddeunt ad Ordinarios proptereaque fit contra constituciones de Comissariis et alia contra diversas constituciones et contra privilegia et contra localia Barchinone: Ideo supplicant dicti Sindici ad reparacionem Gravaminis taliter providere dignetur et declarare quod omnia acta in contrarium sint nulla et illa non potuisse nec posse fieri, providendo ut de cetero dicte comissiones non fiant taliter ut dicte constituciones, privilegia et localia illesa serventur, in et cum quibus supplicant de congruo reparacionis remedio provideri et alias justicie complementum ministrari.

Quibus littera reginali et Querela sive Gravamine oblatis dicto honorabili Vicario per dictum subsindicum presentatis, ilico dictus honorabilis Vicarius recipiens litteram reginalem preinsertam cum illis quibus decet reverencia et honore obtulit se paratum, mandatis reginalibus obedire et contenta in littera eadem adimplere ac de ea procedere juxta ipsius littere reginalis seriem et tenorem de et cum consilio, scilicet, venerabilis Berengarii de Muntmani in decretis licenciati civitatis Barchinone alterius ex setmaneriis presentis septimane quem super hiis in Assidentem assumpsit sive in Consiliarium.

Et coram quibus honorabili Vicario venerabilique suo in hiis Assidente sive Consiliario comparuit die scilicet, martis vicesima prima mensis febroarii predicti dictus discretus Johannes Franch subsindicus qui supra.

Et obtulit ac coram ipsis ambobus iterum et ad cautelam presentavit litteram regiam et alia preinserta.

Et requisivit verbo in et super predictis procedere et enantare juxta littere reginalis preinsertis seriem atque tenorem.

Et eo tunch honorabilis Vicarius supradictus de et cum consilio dicti honorabilis Berengarii de Muntmany sui in hiis Assidentis sive Consiliarii, attento prout dixit: quod ipse est occupatus circa regimen guberna-

cionem et administracionem dicti Vicarie officii, comisit michi dicto Laurencio de Colle Notario et Scriptori jurato in Curia Vicarie Barchinone recepcionem juramentorum ac deposicionum testium per dictum discretum subsindicum in et super dicta Querela sive xxv Gravamine producendorum. Et injunxit ac mandavit idem honorabilis Vicarius de ipsius sui Assidentis consilio michi jamdicto Notario et Scriptori, quatenus testes inde super predictis producendos reciperem et examinarem eos diligenter super dicto Gravamine, et eius debitis circunstanciis interrogarem et examinarem et deposiciones ipsorum testium in scriptis fideliter atque bene redigerem et continuarem.

Necnon idem honorabilis Vicarius de consilio dicti venerabilis sui in hiis Assidentis juxta dicte reginalis littere seriem et tenorem jussit et mandavit dictos honorabiles Bernardum de Corbaria et Johannem de Corbaria citari quatenus sexta die post citacionis eis fiende sextam diem et deinde continuo horis debitis et oportunis comparerent per se ipsos vel eorum Procuratores coram me dicto Notario et Scriptore jurato pro videndo jurare testes per dictum subsindicum producendos, aliasque in eorum contumacia procederetur dicta sexta die lapsa ad ipsorum testium juramentorumque et deposicionum recepcionem.

Et quia honorabiles Bernardus et Johannes de Corbaria non erant presentes in presenti civitate Barchinone, dictus honorabilis Vicarius de consilio dicti sui Assidentis in hiis instantisque et requirentis superius nominato Johanne Franch quo supra nomine predicta, scilicet, die martis xxi.ª febroarii predicti processit ad citandum eosdem honorabiles Bernardum et Johannem de Corbaria desuper contentis in preinserta reginali littera cum ipsius honorabilis Vicarii litteris tenoris seu seriey subsequentis:

Citacio honorabilis Bernardi de Corbaria.

Honorabili Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie generali, Johannes de Barberano militis *(sic)* Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, judex sive comissarius ad hec cum littera reginali inferius inserta deputatus, salutem cum omni honoris incremento. Noveritis quod die herina intitulata vicesima presentis mensis febroarii per discretum Johannem Franch Notarium et subsindicum civitatis Barchinone fuit nobis presentata quedam reginalis littera seriei sequentis:—Maria, Dei gracia Regina Aragonum, etc. *(Inseratur jam est supra in principio.)* Quasiquidem littera Nobis presentata per Nosque cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, fuimus per ipsum jamdictum subsindicum instanter requisiti quatenus juxta dicte reginalis comissionis littere seriem et tenorem, tam ad recepcio-

nem ipsorum testium quam ad alia preinserta reginali littera contenta procedere deberemus: Idcirco, ex parte dicte Regine et auctoritate officii quo fungimur in hac parte instante pro hiis que et Nobis, requirente supradicto discreto subsindico, vos tenore presencium citamus quatenus post huiusmodi presentacionem sexta die et deinde continue horis debitis et assuetis et compareatis Barchinone per vos vel vestrum Procuratorem coram Nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in nostra Curia ad videndum jurare predictos testes per dictam civitatem Barchinone vel predictum suum subsindicum in et super contentis in preinserta reginali littera producendos, certificantes Nos serie cum presenti, quod alia lapsa predicta sexta die in vestra contumacia ad juramentorum et deposicionum ipsorum testium procederemus. Data Barchinone vicesima prima die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Citacio honorabilis Johannis de Corbaria.

Johannes de Barbarano, miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, judex sive Comissarius inferius inserta reginali [littera] deputatus honorabili Johanni de Corbaria militi, olim officium gubernacionis Cathalonie Regenti, salutem cum omni honoris incremento. Noveritis quod die lune vicesima presentis mensis febroarii nobis per discretum Johannem Franch Notarium subsindicum civitatis Barchinone presentata quedam reginalis littera tenoris sequentis:—Maria, Dei gracia Regina Aragonum, etc. *(Inseratur prout jam est supra in principio.)* Quaquidem littera Nobis presentata et per Nos cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, ilico dictus subsindicus Nos instanter requisivit quatenus ad recepcionem testium et alia in preinserta reginali littera contenta procedere deberetis: Idcirco, ex parte dicte domine Begine et auctoritate officii quo fungimur in hac parte ad instanciam et requisicionem prefati Johannis Franch quo supra nomine, vos serie cum presenti citamus quatenus post presentacionem huiusmodi sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareatis per vos vel vestrum Procuratorem coram Nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in Curia nostra ad recipiendum et examinandum dictos testes per Nos deputato, ad videndum jurare testes per dictam civitatem super contentis in dicta reginali littera producendos, certificantes Nos cum eadem quod alia lapsa dicta sexta die in vestra contumacia ad recepcionem juramentorum et deposicionem ipsorum testium procede[re]mus. Data Barchinone vicesima prima die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Et que dicte littere sigillate et expedite, fuerunt per me, dictum Lau-

rencium de Colle Notarium et Scriptorem juratum qui supra, tradite discreto Johanni Crexello Procuratori et subsindico ad certos actus substituto per discretum Johannem de Fontecohoperto Notarium et Sindicum dicte civitatis pro presentando litteras easdem citatorias in domiciliis sive habitacionibus predictorum honorabilis Bernardi et Johannis de Corbaria.

Postmodum vero die mercurii secunda marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, prefatus discretus Johannes Franch subsindicus qui supra, ad monstrandum, ut dixit, que littere preinserte in et cum quibus dicti honorabiles Bernardus et Johannes de Corbaria fuerunt citati providendo jurare testes producendos per dictum subsindicum super dicto Gravamine sive Querela, tradidit michi dicto Laurencio de Colle Notario et Scriptori jurato pro inserendo et continuando in processu huiusmodi duo publica instrumenta, quorum, unum confectum de et super presentacione littere citatorie dicti honorabilis Johannis de Corbaria, et aliud super presentacione littere citatorie dicti honorabilis Bernardi de Corbaria.

Et quorum dictorum instrumentorum tenores per ordinem sic se habent:

Noverint universi: Quod die jovis computata vicesima tercia mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, discretus Johannes Crexelli Notarius civis Barchinone subsindicus civitatis Barchinone substitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Sindico et actore legittime constituto ab honorabilibus viris dominis Consiliariis eiusdem civitatis generali Consilio sive Parlamento et ab Universitate civitatis predicte et eius singularibus, et constat de jamdicta substitucione publico instrumento inde acto decima octava die mensis julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque per discretum Johannem Franch, auctoritate regia Notarium publicum Barchinone: de dicto vero Sindicatu et actoria constat plene publico instrumento inde acto apud gradum Palacii antiqui Regii dicte civitatis vicesima septima die junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillermum de Ballaria Vicarium nunch Barchinone clausoque pro venerabili Bonanato Egidii auctoritate regia Notario publico Barchinone ac Scriba honorabilis Concilii Barchinone, vita functo, nomine predicto, in presencia mei Jacobi Mathei minoris dierum Notarii infrascripti et presentibus eciam venerabili et discreto Guillermo de

Rivopirorum domicello et Petro de Bellver presbitero Granullariorum testibus ad hec vocatis specialiter et assumptis existentis personaliter circa januas portalis hospicii in quo habitat honorabilis Johannes de Corbaria miles, obtulit et presentavit ac per me dictum Notarium legi publice requisivit quandam patentem papiri litteram a Curia domini Vicarii Barchinone emanatam, tenoris sequentis:—Johannes de Barbarano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, judex sive Comissarius in inferius inserta reginali littera deputatus, honorabili Johanni de Corbaria militi, olim gubernacionis Cathalonie Regenti, salutem cum omni honoris incremento. Noveritis quod die lune vicesima presentis mensis febroarii nobis per discretum Johannem Franch Notarium subsindicum civitatis Barchinone fuit presentata quedam reginalis littera tenoris sequentis:—«Maria Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitisa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel eius locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Sindici civitatis Barchinone super quadam Querela per ipsos nomine et pro interesse dicte civitatis et omnium hominum in eadem habitancium coram Provisoribus Gravaminum in Curia generali Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis oblata, contra dilectos nostros Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacionis Cathalonie et super in eadem Querela contentis cuius copiam clausam et sigillatam vobis ad partem transmittimus cum presenti quosdam intendant producere testes vestre jurediccioni submissos: dicimus et mandamus vobis de dictorum Provisornm deliberacione et consilio, quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis vobis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela et circunstanciis omnibus eorumdem, medio juramento per eos prestando, debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidum Notarium in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes eos quatenus testibus ipsis fuerint fides adhibendo. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assignamus que post presentacionem huius et citacionis sibi fiende sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram Nobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes, ad quorum juramentorum et recepcio-

nem nisi comparuerint, ut prefertur, ad testium recepcionem in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die tercia decima febroarii [anno] a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes*, Vicecancellarius.»—Quaquidem littera nobis presentata per nos cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, ilico dictus subsindicus nos instanter requisivit, quatenus ad excepcionem testium in preinserta littera contentorum horis debitis et assuetis compareatis per vos vel vestrum Procuratorem Barchinone coram nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in Curia nostra ad recipiendum et examinandum per nos deputato, ad videndum jurare testes, dictos testes per dictam civitatem super contentis in dicta reginali littera producendos, certificantes nos cum eadem serie quod alias lapsa dicta sexta die in vestri contumacia, ad recepcionem juramentorum et deposicionum ipsorum testium procederemus. Data Barchinone XXI.ª die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.—Quaquidem littera presentata per dictum subsindicum per me dictum et infrascriptum Notarium protinus dictus subsindicus tradidit sumptum de preinserta littera honorabili domine Isabeli ibidem uxori honorabilis Bernardi de Tagamanent quondam socrui dicti honorabilis Johannis de Corbaria, presenti me dicto et infrascripto Notario et presentibus testibus antedictis. Et requisivit de premissis sibi dicto nomine fieri atque tradi presens publicum instrumentum ad memoriam sempiternam rei gestis. Que fuerunt acta die et anno predicto presenti me dicto et infrascripto Notario et presentibus ut pretangitur testibus antedictis.

Sig✠num Jacobi Mathei minoris dierum Notarii publici ville et parrochie granullariorum, auctoritate honorabilis Rectoris et Notarii publici dicti loci. Qui premissis omnibus et singulis una cum testibus antedictis, presens interfui et ad requisicionem dicti subsindici hec scripsi et clausi.

Noverint universi: Quod die sabbati que fuit vicesima quinta mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo hora undecima ante meridiem diey eiusdem vel inde circa, existens personaliter constitutus ante presenciam honorabilis domine Margarite uxoris multum honorabilis viri domini Bernardi de Corbaria militis Gubernatoris Cathalonie generalis intus castrum de Pubello situm infra diocessim Gerundensem personaliter adinventus discretus Johannes Crexell Notarius civis Barchinone subsindicus, ad infrascripta et plura alia peragenda legittime constitutus a venerabili et discreto Johanne

de Fontecohoperto Notario et cive Barchinone, Procuratore, Sindico et actore legittime constituto ab honorabilibus viris dominis Consiliariis generali Consilio sive Parlamento et ab Universitate civitatis Barchinone et eius singularibus, prout de potestate ipsius Sindici constat plene, ut narratur, publico instrumento inde confecto apud gradarium Palacii antiqui Regii civitatis Barchinone vicesima septima die junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillermum de Ballaria et Vicarium tunch Barchinone clausoque et subsignato per venerabilem Bonanatum Egidii auctoritate regia Notarium publicum ac Scribam honorabilis Consilii Barchinone, vita functum: in quoquidem procuracionis instrumento fuit dicto Sindico, ut asseritur, data et concessa potestas Procuratores, Sindicos et actores unum seu plures ad subscripta et plura alia peragenda substituendi: de dicto autem subsindicatu et potestate predicti Johannis Crexell plene constat instrumento publico inde confecto Barchinone decima octava die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque et subsignato per discretum Johannem Franch auctoritate regia Notarium publicum Barchinone, dicto nomine, in presencia mei Notarii supradicti et testium, videlicet, discreti Guillermi Raymundi Rectoris et Guillermi Vilella sartoris dicti castri de Pubello ad hec vocatorum et rogatorum specialiter et assumptorum, dicte honorabili domine Margarite peciit verbo predictus subsindicus an esset inhibi dictus multum honorabilis dominus Bernardus de Corbaria vir suus necne, et quidem honorabilis domina Margarita predicte interrogacioni verbo ibidem respondens dixit: quod dictus multum honorabilis vir suus vero non erat inibi in dicto castro de Pubello, neque diu fuit in eo, ymmo causa reipublice, ut dixit, diuturno tempore erat et fuit absens a tota diocessi Gerundensi quo ipsa nesciebat ubi erat: bene tamen, ut dixit, cogitabat quod erat cum domino Rege pro negociis regiis et reipublice et dicti gubernacionis generalis. Quare, dictus discretus Johannes Crexelli, nomine predicto, protestando exprese de absencia dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, exhibuit et presentavit dicte honorabili domine Margarite conjugi dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria et intus dictum castrum et habitacionem antedicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, et per me memoratum et subscriptum Notarium legi publice in lingua materna, peciit et requisivit quandam patentem papiri litteram directam dicto multum honorabili Bernardo de Corbaria ex parte honorabilis Johannis de Barbarano militis, Vicarii Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis judicis sive Comissarii ad hec cum littera reginali

in ea inserta deputati, in eius tergo ut primis videbatur aspectibus sigillo dicti honorabilis Vicarii Barchinone sigillatam, cuius littere cum impresione cuiusdam reginalis littere tenor sequitur prout ecce.—Honorabilibus Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie generali, Johannes de Barbarano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis judex sive Comissarius ad hec cum littera reginali inferius inserta deputatus, salutem cum omni honore incremento. Noveritis quod die herina intitulata vicesima presentis mensis febroarii per discretum Johannem Franch Notarium et subsindicum civitatis Barchinone fuit nobis presentata quedam reginalis littera seriey subsequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel eius locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Sindici civitatis Barchinone super quadam Querela per ipsos nomine et interesse dicte civitatis et omnium civium in eadem habitancium coram Provisoribus Gravaminum in Curia generali Principatus Cathalonie que nunch celebratur in civitate Dertuse deputatis dilectis nostros Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacio[nis] Regentem ac contra Baiulum generalem Cathalonie super in eadem Querela contentis, cuius copiam clausam et sigillatam vobis ad partem transmittimus cum presenti, quosdam intendant producere testes vestre jurediccioni submissos, dicimus et mandamus vobis, de dictorum Provisorum deliberacione et consilio, quatenus omnes et singulos testes quas pars dicte civitatis vobis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela et circunstanciis omnibus eorumdem, medio juramento per vos prestando, debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidum Notarium in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes vos quanta testes ipsius fuerit fides adhibenda. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assigmus quod post presentacionem huius citacionis sibi fiende sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram vobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes ad quorum juramentorum et recepcionem nisi comparuerint, ut prefertur, ad testes recepcionem in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadrin-

gentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarius.»—Quaquidem littera nobis presentata per nosque cum illis quibus decet reverencia et honore recepta fuimus per ipsum jamdictum subsindicum instanter requisiti quatenus juxta dicte reginalis et commissionis littere seriem et tenorem, tam ad recepcionem ipsorum testium quam ad alia in preinserta reginali littera contenta procedere deberemus: Idcirco ex parte dicte domine Regine et auctoritate officii quo fungimur in hac parte instante pro hiis nobis et requirente supradicto discreto subsindico, vobis tenore presencium citamus, quatenus post huiusmodi presentacionem sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareatis Barchinone per vos vel vestrum Procuratorem coram nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in nostra Curia ad videndum jurare predictos testes per dictam civitatem Barchinone vel predictum suum subsindicum in et super contentis in preinserta reginali littera producendos, certificantes vos serie cum presenti quod alias lapsa predicta sexta die in vestra contumacia, ad juramentorum deposicionum ipsorum testes procederemus. Data Barchinone XXI.° die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringetesimo tricesimo.—Et cum ego dictus ac subnominatus Notarius predictam litteram dicte honorabili domine Margarite legere vellem, predicta honorabilis domina Margarita dixit: quod ipsa habebat illam litteram pro sibi lecta et publicata, adjiciens quod ipsa talia negocia non intelligebat. Ibidem dixit, quod loquendo cum illis quibus decet reverencia et honore dictam litteram nec nomine viri sui non recipiebat nec admittebat, protestando quod dicto viro suo tempus non curreret donech sibi personaliter dicta littera presentata foret. Et hiis, ut predicitur, gestis, dictus discretus Johannes Crexell previo nomine porrigendo manum suam dexteram cum dicta littera versus dictam honorabilem dominam Margaritam dixit, quod ipse tradebat realiter et de facto dicte honorabili domine Margarite in sui prima figura preinsertam litteram, quamquidem litteram dicta honorabilis domina Margarita noluit recipere ac capere quamvis dictus subsindicus illam de facto sibi traderet: ob que dictus subsindicus ipsam litteram tradendo, ut dixit, in quantum in eo fuit dicte domine Margarite dimisit intus dictum castrum, ponendo illam coram dicta domina Margarita supra quandam tabulam cuiusdam comestorii dicti castri. Quequidem omnia et singula supradicta, dictus discretus Johannes Crexell subsindicus peciit per ordinem scribi et continuari. Et inde sibi eidem et dictis principalibus suis et aliis quorum intersit si quando et quociens pecierit et habere voluerit ac voluerint fieri atque tradi unum et seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum et

subscriptum Notarium.—Post predicta vero dicta die sabbati hora quinta post meridiem diey eiusdem vel inde circa in presencia mei dicti et subscripti Notarii et testium, scilicet Johannis Sabaterii et Francisci de Pace, Scriptor civis Gerunde Procurator ut asseruit ad subscripta et plura alia peragenda legitiime constitutus a dicta honorabili domina Margarita uxore et conjuncta persona dicti honorabilis Bernardi de Corbaria tradidit michi dicto ac subnominato Notario pro responsione et loco responsionis predictorum quandam papiri cedulam scriptam seriey subsequentis:—«Dictis et assertis citacioni et presentacioni factis per vos dictum honorabilem Vicarium Barchinone respondens dicta domina Margarita uxor et conjuncta persona dicti honorabilis Bernardi de Barbarano Gubernatoris Cathalonie generalis dicit: quod dictus honorabilis Bernardus fuit et est absens notorie a suo domicilio et ex causa probabili necessaria et est cum domino nostro Rege et in eius servicio continue insudando et pro negociis Serenissimi domini Regis multum arduis, et per consequens citari non posset nec debet presertim in suo domicilio. Ideo dicta domina Margarita allegando dictas causas absencie petit et requirit minime procedi ad recepcionem dictorum testium, maxime dicto honorabili Bernardo non citato personaliter et legittime, alias protestatur de vicio et nullitate processus et agendorum et de omnibus dampnis et expensis que petit continuari in fine dicte presentacionis, etc.»—Quibus sich, ut predicitur, gestis, dictus discretus Bartholomeus Costa previo nomine peciit et requisivit dictam proxime insertam papiri cedulam in fine premissorum inseri et continuari. Et inde sibi eodem nomine et dicte honorabili principali mee ac predicto multum honorabili Bernardo de Corbaria et aliis quorum intersit fieri atque tradi si quando et quociens pecierit et habere voluerit ac voluerint unum et seu plura instrumentum et instrumenta per me dictum Notarium ad habendum rei geste memoriam in futurum. Que fuerunt acta, partim in dicto castro de Pubello et partim iu civitate Gerunde, die, horis et anno predictis presente me dicto Notario et testibus ad hec, ut predicitur, vocatis specialiter et assumptis.

Sig✠no Franciscus Cerviani Notarius publicus auctoritate regia substitutus a Bernardo de Campolongo publico civitatis Baiulie Vicarie Gerunde suarumque pertinenciarum Notario, hec quibus omnibus et singulis dum sic, ut predicitur, agerentur et fierent vocatus interfui eaque requisitus inmittendum redigens scripsi et clausi.

Postque die sabbati quarta marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, ego dictus Laurencius de Colle Nota-

rius et Scriptor juratus in dicta Curia Vicarie instanteque et requirente dicto discreto Subsindico citatis, pro prius de mandato dicti honorabilis Vicarii testibus infrascriptis processi, virtute comissionis et mandati michi ut premisi facte, ad recepcionem subscriptorum testium in scriptis sub forma sequenti:

Die sabbati quarta marcii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo juravit et deposuit testis sequens, qui fuit citatus per Gondisalbum Alfonso sagionem:

Discretus Petrus Bartholomeus de Vallibus, Notarius civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super dicto xxv Gravamine per ipsum lecto et aliis de quibus interrogabitur.

E dix aço sobre aquell Greuge saber: que ell testimoni ignore haver legides les constitucions e privilegis en lo dit Greuge contengudes e contenguts, pero dix que es ver que los Scrivans de manament de casa del Senyor Rey acustumen quant lo Senyor Rey sen va o parteix de Barchinona de comenar los processos a alguns Notaris qui aquells lurs responen de certa part.

Interrogat com ho sap ço que deposa e dix que per tant com a ell testimoni ne son stats comenats per alguns Scrivans de casa del dit Senyor Rey, enten huy en dia a certa responsio; e aximateix ha hoit dir ques pratique entre aquells qui los dits processos comanen e aquells a qui son comanats.

¿Per que non anomenave qualque un?

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, affeccione, rancore aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est periurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela seu affinitate huius partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus si sperat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet in presenti causa obtinere, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi perhibendo testimonio, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Dicta die juravit et deposuit testis sequens, qui fuit similiter per dictum sagionem citatus:

Discretus Johannes de Pulcrobone, Notarius civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem omnimodam quam sciat super dicto xxv Gravamine sibi lecto et aliis de quibus interrogabitur.

E dix ell testimoni sobre aquell saber aço de veritat: que ha de lonch temps praticat e huy ho veu praticar que quant laudiencia del Senyor Rey e la Audiencia del Governador sich leven, quel Veguer de Barchinona o la sua scrivania no poden sino ab gran afany cobrar los processos criminals, ni aquells no cobren tots dels Scrivans del Senyor Rey ni del Scriva del Governador ans se sseguit que a tracte de alguns Srrivans del dit Senyor Rey per haver lo proces ho profit de aquell, quant lo Senyor Rey sich partia, fehien fer comissio de causa criminal, e apres se cobrave per la dita scrivania ab gran afany. Item, dix que es axi cert com res puxa esser que quant lo dit Senyor [Rey] ho son Governador partexen de Barchinona, los lurs Scrivans comanen, ho alguns dells, comanen les lurs processos a certs Notaris en Barchinona qui dels processos quels comanen lurs responen de certa part. E per conseguent, tals processos no tornent a les Corts dels Ordinaris, ni los Scrivans dels dits Senyor Rey hi Governador, quant sich leve la Audiencia, no volen tornar los processos que stant hic la Audiencia si seran evocats a la scrivania dels Ordinaris, ans lo comanen tots a aquells Notaris ques volen àb pacte qui daquells lurs responen de certa part. E aço es axi stilat entre ells com puxa esser res stilat.

Interrogat com ho sab ell testimoni ço que testifica e dix: que per ço com ell testimoni qui de lonch temps en ça praticha en la Cort del Veguer ho ha axi vist fer, hoc e moltes vegades ha instats lescriva del dit Governador e Scrivans de manament del Senyor Rey de haver e cobrar los processos de las enquestes que ab gran afany les havia, e no pas totes ans les amagaven que no les volien donar ans ne assajaven de ferne pacte de qualque una qui fos bona ab ell testimoni: pero non volch may res fer. E diverses vegades ell testimoni ne ha fetes clamors als dits Scrivans ho a alguns dells e que may ho feyen.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, affeccione seu favore, rancore vel mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est periurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela seu affinitate huius partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus si sperat habere ex hac causa comodum vel incomodum, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in presenti causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si fuit citatus ad hec, dixit quod sic per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Eademque die sabbati quarta marcii juravit et deposuit testis sequens, qui fuit citatus per Gonsalbum Alfonso sagionem:

Discretus Anthonius dez Vern, Notarius civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem omnimodam quam sciat super dicto xxv Gravamine sibi lecto et aliis de quibus interrogabitur.

E sobre lo qual Greuge dix ell testimoni que sab aço: que ell testimoni no una vegada mas moltes ha vist que quant la Audiencia del Senyor Rey o del Governador sich levaven que de les causes quis menaven en les dites Audiencias civils hoc et criminals se fehian comissions, es fan tot jorn e es axi en pratica que be es sotil la causa que nos fa comissio. E que creu ell testimoni que los Scrivans ho fan per tal quels processos comanen a quis volen car ell testimoni nes stat ja convidat si u volia e quels ne respongues de v parts les dues. E may ho ha fet e sab certament que ha diverses Notaris de Barchinona ne comanen los Scrivans de casa del Senyor Rey al dit pacte, car En Reyo, En Simon Carner e daltres Notaris de Barchinona ne tenen en aquesta manera. E axi mateix ho fa lescriva del Governador e tenats que les causes civils tornen als Notaris pus la Audiencia hic es fora que no fan les criminals qui tantost deuen esser cobrades per los Ordinaris, que ans ne ha vistes ell testimoni de causes criminals fer comissions a delegats, que no creu per constitucio privilegi de Barchinona se pusca fer.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, affeccione seu favore, rancore vel mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est periurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela seu affinitate huius partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus si sperat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in presenti causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si fuit citatus ad hec, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Et eadem die sabati IIII.ª marcii predicti ego Laurencius de Colle, Notarius et cause presentis Scriptor civisque Barchinone, qui in testem per dictum subsindicum fuit productus super dicto XXV.ª Gravamine et qui fui citatus per dictum Gonsalbum Alfonso sagionem juravique in posse discreti Arnaldi de Millariis Notarii Barchinone Regentisque scribaniam Curie Vicarie Barchinone super dicto vicesimo quinto Gravamine per me lecto deposui facti veritatem super Gravamine eodem prout sequitur:

Que esta en veritat que ell testimoni ha vist diverses vegades quant la Audiencia del Senyor Rey ho del Governador sich partexen, que los Scrivans de las ditas Audiencias proveexen que de las causas qui son a les dites Audiencies evocades ho aqui comensades, lo Senyor Rey ne fa als jutges o reladors comissions, e de tals comissions ha vistes ell testimoni infinides. E sap certament que los Scrivans, axi de la Audiencia del Senyor Rey com del dit Governador, no tornen negun proces als Ordinaris ans los comanen a Notaris de Barchinona e a daltres a cert pacte, ço es de V parts que IX dels dits processos ne han ells les dues, pero no sab si lescriva de la governacio lexa los seus processos en aquest pacte: be sab que atanbe los se comane, e ell testimoni ne ha ja tenguts de Scrivans manaments de quels dave les dues parts. E sab certament que En Reyo Notari e En Simon Carner e En Vals e daltres Notaris de Barchinona ne han tenguts de Scrivans del Senyor Rey en tenen huy en dia a cert pacte: hoc ha vistes comissions de causes criminals quis fehien per ço que los processos romanguessen en poder de aquells Notaris que ells volien per respondren lurs ne. E aquesta dix que es la pura veritat, e sap ell testimoni sobre lo dit Greuge.

Generaliter interrogatus si ipse testis fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, affeccione seu favore, rancore vel mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela seu affinitate huius partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus si sperat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in presenti causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si fuit citatus ad hec, dixit quod sich per quemdam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Die lune sexta marcii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo juravit et deposuit testis sequens, qui fuit citatus per dictum sagionem:

Discretus Berengarius Oliverii, Notarius civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super dicto xxv Gravamine sive Querela et contentis in eadem sibi lecta et explanata et aliis de quibus interrogabitur.

E dix ell testimoni que sobre lo dit capitol sap aço: que quant la Audiencia del Senyor Rey ho del Governador son en Barchinona los Scrivans jurats de la Cort del Veguer de Barchinona qui caben en los fets criminals han a donar tantost als Scrivans del dit Senyor Rey ho del dit Governador tots los processos criminals qui en lur poder son, car axi ho ha ell testimoni, qui es I dels dits Scrivans, vist fer diverses vegades. E quant les dites Audiencies del Senyor [Rey] e del Governador sich partexen temients que les causes civils o processos tornen al Ordinari que no fan negueix les criminals sino ab afay, e no pas tots, que ans los dits Scrivans ne assagen de haver o fer ne comissions e de fet ho fan car han vistes diverses comissions, per tant quels puxen los dits Scrivans comanar a altres Notaris a qui comanen los Processos que menen, axi civils ab comissions quen fan al jutges. com los dits criminals de que fan fer comissions. E de aquestes comissions, axi de fets civils com criminals, ne ha vistes ell testimoni moltes en diverses causes. E sab ell testimoni e cosa certa que es e notoria que los dits Scrivans comanen los processos que menen quant sen van a Notaris qui de certa cosa lurs ne responen. E entre los altres a quin comanen si son, En Narcis Reyo, En Valls, En Simon Carner e molt altres. E aço sap ell testimoni segons dix per tant com axi es de veritat e es notori en la Cort del Ve-

guer de Barchinona en la qual scriu ell testimoni e ha gran temps que hi scriu.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, affeccione seu favore, rancore vel mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est periurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela seu affinitate huius partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus si sperat habere ex hac causa comodum vel incomodum, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in presenti causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si fuit citatus ad hec, dixit quod sich per quemdam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit [1].

XXVII [2]

Barchinona.

Translatum processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone, contra Gubernatorem Cathalonie, eo quia eius Assessor tenet Audienciam, absente dicto Gubernatore.— MCCCCXXX.—Ex armario LI.—P.us de Colle, dierum minor.

Noverint universi: Quod cum Illustrissimus dominus, dominus Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie, pro conservacione et tuicione regalis diadematis ac bono statu rei publice Cathalonie Principatus, Curiam generalem cathalanis in civitate Dertuse indixisset et ad diversos

[1] Sigue en blanco el resto del folio (30 vuelto) y todo el folio 31.

[2] Archivo Municipal de Barcelona.—Manuscrito de 63 folios, de ellos 55 útiles, formando pliegos enteros distribuídos en cuatro cuadernos, comprendiendo: El primero, desde la portada hasta el folio 19. El segundo, del folio 20 al 40 (dentro de este cuaderno y en el folio 29 empieza la *Repetitio*, cuyos siete primeros folios forman un subcuaderno). El tercero, del folio 41 al 52. Y el cuarto, desde el 53 hasta el fin, el cual cuaderno comprende el traslado de la *información testifical* recibida por mandato de las Cortes de 1429-30 á instancia de la ciudad.

actus dicte Curie processisset die mercurii undecima mensis januarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, convocata et congregata dicta generali Curia in domo capituli Sedis civitatis Dertuse prout alias consuevit congregari, in qua fuerunt presentes de quolibet statu Curie supradicte, reverendus in Christo pater et dominus Dominicus Episcopus Ilerdensis nomine tocius Curie, obtulit et presentavit eidem Serenissimo domino Regi, in suo regali solio ibidem sedenti, quandam supplicacionem scriptam huiusmodi seriey:

Molt alt e molt excellent Princep e Senyor:

Continuant la supplicacio a Vostra gran Excellencia pus derrerament en la present Cort offerta e per deguda execucio de aquella, supplica la dita Cort que explicant la, etc. *(est in originali principali)* [1].

Subsequenter die veneris decima mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus in Capella Palacii episcopalis civitatis Dertuse personaliter constitutus, fuit oblata per honorabiles dominos Johannem Ros, Johannem Fivaller et Johannem Buçot Sindicos et Nuncios ac eciam discretos Johannem de Fontecohoperto et Johannem Ros Notarios, Sindicos et Procuratores civitatis et singularium Barchinone quedam Querela in viam Gravaminis tenoris subiuncti:

Princeps juste:

Quia Regia Magestas sua solita benignitute consuevit facere reparari Gravamina per suos illustres predecessores et vestram dominacionem illata suis Universitatibus, vassallis et subditis et eciam se et suos Officiales et ministros: Pro tanto, Sindici civitatis Barchinone supplicant humiliter vestre sacre Regie Magestati quatenus de et cum Consilio Provisorum presentis Curie, sua solita clemencia, ex justicie debito facere reparari dignetur et ad debitum et justum statum reducere Gravamina que secuntur et super illis debite providere et in et super eis debite appunctatis et deliberatis per dictos Provisores de congruis Provisionum, reparacionibus provideri et aliis justiciam ministrari.

Item, cum Gubernator Cathalonie per Constituciones generales et privilegia Barchinone et alia procedere habeant in causis de consilio sui Assessoris, et eveniat pluries Assessorem dicti Gubernatoris tenere Audienciam et providere, absente dicto Gubernatore, hoc est non pre-

[1] Consta en el Proceso *común* de estas Cortes, pág. 62 del tomo XIV de la presente Colección.

sente in eo loco seu domo aut parte domus ubi Audiencia celebratur aut in causis providetur seu procederetur et sich dictus Assessor providet et Audienciam pluries tenet per se et non dictus Gubernator de consilio sui Assessoris, licet in continuando provissiones, mencionentur dictus Gubernator de consilio sui Assessoris, sicut facit et facere debet Cancellarius aut Vicecancellarius sive Regens Cancellariam Vestre Magestatis, a quibus non est dubium in hiis et aliis vestra preheminencia occupatur. Ideo, supplicatur Vestre Magestati ut reparare dignetur dictum Gravamen discernendo et declarando, quod dictus Assesor solus et principaliter preheminendo vel alia presidendo non potuit nec posset recidisse nec alia providisse providereque in futurum cognovisse nec alia cognoscere nisi simul ubi existente et concernente Gubernatore et vel locumtenente suo casu, ymmo omnia in contrarium acta fuisse et esse nulla, et alia providere ut dictus Assessor per se non teneat Audienciam procedat aut provideat sed quod tantum Gubernatori predicto presente consulat et assidendo officium suum exerceat et sich in preeminendo aut alia non excedat metas officii sui predicti et insuper quibus supplicant de congruo reparacionis remedio quod videri et justicie complementum ministrare, et licet, etc.

Quaquidem Querela oblata in viam Gravaminis, ut prefertur, dicti reverendus et multum honorabiles viri domini Provisores retinuerunt sibi acordium sive deliberacionem super modo procedendi in predictis.

Et die lune que erat XIII.ª dies dicti mensis febroaril anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo jam lapsis viginti diebus omnibus dare volentibus Gravamina coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus per actum Curie asignatis, convocata et congregata dicta Curia generali in domo capituli dicti Sedis Illustrissima et magnifica Principissa et domina, domina Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini sui, ibidem in regio sedens solio, per actum Curie legi et publicari inibi fecit et mandavit provissionem et seu assignacionem sequentem:

La Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor Rey, a tots aquells qui davant los Provehidors dels Greuges en la present Cort assignats dins los vint dies a proposar llurs Greuges prefigits, llurs Querelles o Greuges segons natura de Greuges provehidors assigna per als

dits Greuges de Cort provar e instruir los dits Greuges por testimonis e les attestacions produhir e exhibir davant los dits Provehidors, trenta dies los quals xxv dies e xxx, compresos los xxv dies, los trenta comencen a correr lo dijous primer vinent e sien continuus, e los xxv se complesquen lo xii dia del mes de març e los xxx disapte del dit mes de març primer vinent incantant e avisant general e publicament a tot hom que cascun deliber be e haja son bon consell per forma que va e infructuos carrech de prova e instructio no accepte. E aquell e altres despeses voluntariamente se sotsmeta si la Querella per ell proposada de sa natura no cau sots la conexença e nocio dels dits Provehidors o per qualsevol altra manera no es per aquells admetedora. Com la dita Senyora atorgua copia de les dites Querelles al Fisch e als Officials del dit Senyor e a tots altres qui pertoque o sia interes los assigna terme de quaranta dies qui començen a correr lo dit dia de dijous primer vinent pera delliberar *utrum cedant vel concedant* e a respondre si volran a les dites Querelles e totes altres excepcions e deffensions llurs proposar. E les dites respostes, excepcions e deffensions e tot ço qui diran e proposaran si volran provar e instruir per testimonis o scriptures, e les proves e instructions produhir e exhibir davant los dits Provehidors. E los salve tot lur dret sobre totes llurs excepcions, deffenses e drets de qualsevol manera o qualitat sien.

E per donar millor expedicio a la conexença e desempatxament dels dits Greuges, de present la dita Senyora atorgua a tots aquells qui volran citatories contra aquells a qui les dites Querelles son dirigides. E encara letres opportunes pera reebre testimonis e compulsories pera tots Notaris, Scrivans e persones qualsevol actes, instruments e altres qualsevol scriptures detenints, que les dites scriptures donen e liuren al dits querelants per qui façen o haverles volran pera la sobredita prova e instructio fahedores, les quals de continent en sa Cancellaria mana esser desempatxades e liurades a les dites parts [1].

Cètereum die sabbati duodecima mensis marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo in dicta aula Palacii episcopalis Dertuse congregatis circa horam terciam post meridiem reverendo et multum honorabilbuss dominis Provisoribus comparentes jamdicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros Sindici pretacti, obtulerunt et produxerunt quandam posicionem et uno

[1] La transcrita provisión concuerda, salvo algunas variaciones de forma, con la inserta en las páginas 102 y 103 del citado tomo xiv de esta Colección y rectificada en la pág. 378 del mismo.—Véase la nota primera de la pág. 3 del presente tomo.

folio papiri scriptam et instrumenta in dicta posicione mencionata quorum tenores sic se habent:

Super XXVII.° [Gravamine] quod Gubernator habeat esse presens in actibus Assessoris.

Quo ad XXVII, Sindicus civitatis producit Constituciones sive capitula Curie Cathalonie Regis Martini et Regis Ferdinandi, et producit informacionem receptam quatenus pro eo faciant sine pluri, salvo jure ampliore produccionis.

Quibus oblatis et productis, jamdicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores stantes et perseverantes in dictis prediccionibus, salvitatibus et aliis provisionibus per dictam dominam Reginam factis die terciadecima mensis febroarii proxime preteriti mandarunt omnia predicta inseri et continuari in processu.

Item, com poch valria posar e fer ordinacio en vostra Audiencia si per los Governadors de Cathalunya e dels Comtats de Rossello e de Cerdanya, alias appellats portantveus de Governador general e lurs lochtinents e Assessors e lochtinents de aquells en son cars, justicia e egualtat no era observada, supplica la dita Cort a la vostra Senyoria que sia merce vostra statuhir e ordonar que los Assessors dels dits Governadors, alias portantveus de llurs lochtinents, en son cars degen fer sagrament e homenatge, segons es dit dels Vicicanceller e Regent, los quals Assessors hagen a seguir los dits Governadors, alias portantveus de Governador e lurs lochtinents, en lo dit cars e on per alguna necessitat o empatxament dels o de algu dels no poguessen o no pogues seguir los dits Governadors, alias portantveus de lurs lochtinents, que algun bon jurista, ydoneu, de sciencia e costums hi fos posat en loch seu qui semblant seguretat primer haga a fer, declarat quels dits Governadors, alias portantveus de lurs lochtinents, les sentencies difinitives e interloqutories de turments hagen pronunciar de e ab consell dels dits Assessors lurs, o de aquells o aquell que y sera posat en son loch servant les Constitucions de Cathalunya e altres drets. E si lo contrari fahie que sia nulle e sia aut axi com si era fet per persona privada e per aytal sia punit; de les quals sentencies diffinitives e interloqutories de turments les appellacions interposadores dels dits Governadors, alias portantveus e lochtinents lurs hagen a esser admeses si ja no eran persones diffamades e de mala vida ans dels delictes ques darien les dites sentencies, de la qual infamia o mala vida hagues primer apparer per sumaria informacio. E quels dits Governadors, alias portantveus e llurs lochtinents, serven semblant forma en signar letres de justicia o tocants interes de part

en juhi deduhible, axi com es ordonat desus en vos Senyor. *Plau al Senyor Rey.*—Protesta empero e salva axi matexa la dita Cort que per les dites coses ne algunes de equelles directament o indirecta, tacitament o expresse no sie en res derogat als capitols de la concordia de la dita Cort o algu dells ans aquells romanguen en sa plenaria efficacia e fermetat, segons que vuy son e no pus ne sia fet preiudici ne alguna lesio a les Constitucions de Cathalunya, Usatges de Barchinona, libertats, privilegis e inmunitats de les dites Condicions o dalguna daquelles o singulars daquelles en general ne en singular ne puxa esser tret a consequencia en sdevenidor. *Plau al Senyor Rey e que axi mateix sia salvat a Ell tot preiudici e dret sino tant com dessus atorga.*

Ego Didacus Garcia, Illustrissimi domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone presens capitulum de mandato Serenissimi domini Regis jamdicti cum eius littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° vicesimo nono a quodam Regestro Serenissimi domini Martini bone memorie Regis Aragonum, *Exercituum et Curiarum* intitulato in dicto archivo recondito in quo simul cum aliis capitulis est registratum sumpsi, et cum eodem legaliter comprobavi. Quequidem capitula fuerunt oblata predicto domino Regi per omnes in Curia qua dictus dominus Rex celebravit in civitate Barchinone die vicesima nona marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo nono. Et est verum quod eadem capitula fuerunt confirmata per Serenissimum dominum Ferdinandum, bone memorie Regis Aragonum, in quibusdam Curiis quas cathalanis celebravit in civitate Barchinone die XXI.ª junii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° terciodecimo. Et ut fides plenior impendatur hec mea manu scripsi in testimonium premissorum.

Item, Senyor, com segons les Constitucions de Cathalunya algu no dege esser tret de sa Batlia o Vegueria ni forçat de littigar fora aquella, e, Senyor, moltes persones dients se miserables hagen recors a la vostra Audiencia o de vostre illustri Primogenit, la qual miserabilitat sera fenta, o tal que per justicia e attesa veritat no seria per la dita raho algu tret de sa Vegueria o Batlia, hoc mes, Senyor, por causa de perorrescencia allegada fentament molts son trets contra justicia e forçats littigar en vostra Audiencia o del dit vostre illustre Primogenit, e per causa de les dites miserabilitat e perorrescencia fenament allegades e proposades e per lo abús daquelles malts subiectes de vos, Senyor, son agreujats e maltractats; sie merçe de vos, Senyor, en los dits abusos e

ficcio degudament provehir en tal forma que algun subiecte vostre per la dita raho daciavant no pusque esser agreujat ni maltractat.

Ego Didacus Garcie, Illustrissimi domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone presens capitulum de mandato dicti domini Regis michi facto cum eius littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° vicesimo nono a quodam Regestro Serenissimi domini Ferdinandi bone memorie Regis Aragonum, *Exercituum et Curiarum* intitulato, in dicto archivo recondito in quo simul cum aliis capitulis est registratum sumpsi, et cum eodem legaliter comprobavit. Quequidem capitula fuerunt oblata per totam Curiam in quibusdam Curiis quas dictus dominus Rex celebravit cathalanis in civitate Barchinone vicesima prima die junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo terciodecimo. Et ut fides plenior impendatur hec mea manu scripsi in testimonium premissorum.

Necnon dicti honorabiles Ambassiatores, Nuncii, Sindici, actores et Procuratores faciendo fidem de eorum potestatibus et de citacione dicti Gubernatoris obtulerunt et produxerunt sequencia instrumenta:

Noverint universi: Quod die sabbati vicesima nona die julii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° secundo, convocato generali Consilio sive Parlamento, etc. *Sunt omnia ista instrumenta inserta in Processu prime Querelle in viam Gravaminis oblate pro parte dicte civitatis Barchinone* [1].

Noverint universi: Quod die sabbati que fuit vicesima quinta mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo hora undecima ante meridiem diey eiusdem vel inde circa, existens personaliter constitutus ante presenciam honorabilis domine Margarite, uxoris multum honorabilis viri domini Bernardi de Corbaria militis Gubernatoris Cathalonie generalis intus castrum de Pubello situm infra diocessem Gerundensem personaliter adinvente, discretus Johannes de Crexello Notarius civis Barchinone subsindicus ad subscripta et plura alia peragenda legittime constitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Notario et cive Barchinone, Procuratore, Sindico et auctore legittime constituto ab honorabilibus dominis Consiliariis generali Consilio sive Parlamento et ab Universitate civitatis Barchinone et eius singularibus prout de potestate ipsius Sindici constat plene, ut narratur,

[1] Constan asímismo insertos en el Proceso de Agravios número XIV, publicado en el tomo XIV de esta Colección, páginas 388 á 397.

instrumento publico inde confecto apud gradarium Palacii antiqui regii dicte civitatis Barchinone vicesima septima die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillermum de Bellaria Vicarium tunch Barchinone clausoque et subsignato per venerabilem Bonanatum Egidii, auctoritate regia Notarium ac Scribam honorabilis Consilii Barchinone, vita functum, in quoquidem procuracionis Sindicatus et auctorie instrumento fuit dicto Sindico, ut asseritur, data et concessa potestas Procuratores, Sindicos et auctores unum seu plures ad subscripta et plura alia peragenda substituendi, de dicto autem Sindicatu et potestate predicta Johannis Crexell plene constat instrumento inde facto Barchinone decima octava die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque et subsignato per discretum Johannem Franch, auctoritate regia Notarium publicum Barchinone, dicto nomine, in presencia mei Notarii subcontenti et testium videlicet discreti Guillermi Raymundi Rectoris et discreti Guillermi Vilella sartoris dicti castri de Pubello ad hec vocatorum specialiter et assumptorum, dicte honorabili domine Margarite peciit verbo predictus subsindicus an esset inibi dictus multum honorabilis dominus Bernardus de Corbaria vir suis necne. Quaquidem honorabilis domina Margarita predicte interrogacioni verbo ibidem respondens dixit: quod multum honorabilis vir suus vere non erat inibi in dicto castro de Pubello neque diu fuit in eo immo causa reipublice, ut dixit, diuturno tempore erat et fuit absens a tota diocesi Gerundensi et quod ipsa nesciebat ubi erat; bene autem, ut dixit, cogitabat quod erat cum dicto Rege pro negociis regiis et reipublice. Quare, dictus discretus Johannes Crexell nomine predicto protestando expresse de absencia dicti multum honorabilis domini Bernardi de Corbaria, exhibuit et presentavit dicte honorabili domine Margarite conjugi dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria intus dictnm castrum et habitacionem antedicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, et per me memoratum et subscriptum Notarium legi publice et in lingua materna, peciit et requisivit quandam patentem reginalem papiri litteram in eius tergo ut primis videbatur aspectibus sigillo regio sigillatam seriey sequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Valencie, Sicilie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comittisa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comittissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilectis nostris Johanni de Corbaria militi, olim Regenti oficium, et Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie, salutem et dileccionem. Cum per fideles no-

stros Ambaxiatores et sindicos civitatis Barchinone nomine dicte civitatis et pro interesse eciam omnium civium in dicta civitate habitancium contra vos et Baiulum generalem Cathalonie coram Provissoribus Gravaminum in dicta generali Curia Principatus Cathalonie que nunc celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis fuerit oblata quedam Querela de qua ad partem vobis copiam clausam et sigillatam [mittimus] cum presenti, Nosque de consilio et deliberacione dictorum Provisorum vos citandos esse decernimus: propterea vos presencium tenore citamus vobisque dicimus et mandamus: Quod die sexta post huiusmodi presentacionem vobis factam personaliter vel ad domos habitacionum vestrarum per vos vel vestrum ydoneum Procuratorem plenarie instructum in dicta civitate Dertuse coram dictis Provisoribus compareatis responsuri jamdicte Querele et ad proponendum et allegandum intra quadraginta dies qui incipient currere die jovis XVI.ª presentis mensis omnes excepciones et deffensiones et jura vestra illaque probandum et instruendum probataque exhibendum et producendum coram dictis Provisoribus et aliis debitis processuri in causa dicte Querele usque ad eius decisionem et eciam conclusionem totalem eiusdem inclusive; alioquin procederetur in dicta causa et ad omnes et singulos actus ipsius cause usque ad dictam decisionem et totalem conclusionem eiusdem vestri absencia et contumacia nullatenus obsistentibus. Data in civitate Dertuse XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarius.»—Et cum ego dictus ac subnominatus Notarius preinsertam reginalem litteram dicte honorabili domine Margarite legere vellem, predicta honorabilis domina Margarita dixit: quod ipsa habebat dictam litteram pro sibi lecta et publicata, dicens quod ipsa talia negocia non intelligebat, ob quod dixit quod loquendo cum illis quibus decet reverencia et honore dictam litteram nec nomine dicti viri sui non recipiebat nec admitebat et quod dicto viro suo tempus non curreret donec sibi personaliter ipsa littera presentata foret. Et hiis sich, ut predicitur, gestis, dictus discretus Johannes Crexell previo nomine porrigendo manum suam dexteram cum dictis littera et copia versus dictam honorabilem dominam Margaritam dixit, quod ipse crediderat realiter et de facto dicte honorabili domine Margarite in sui prima figura preinsertam reginalem litteram, necnon et quendam quinternum papireum clausum et in eius dorso sigillo dictorum multum honorabilium Provisorum Gravaminum ut prima facie apparebat sigillatum et epigramatum ac supra scriptum sub hiis verbis: *Tradatur Bernardo et Johanni de Corbaria militibus* in quo quinterno ut ipse subsindicus asseruit continebatur Querela Gravaminum in sepedicta

littera reginali mencionata et per multum honorabiles Ambaxiatores et Sindicos civitatis Barchinone contra dictos honorabiles Bernardum et Johannem de Corbaria prout narratur in preambula reginali littera apposita. Quamquidem litteram nec quinternum seu copiam ipsorum Gravaminum dicta honorabilis domina Margarita noluit recipere ac capere quamvis dictus subsindicus ipsam litteram et copiam dicte Querelle clausam, ut predicitur, et sigillatam tradendo, ut dixit, in quantum in eo fuit dicte honorabili domine Margarite dimisit intus dictum castrum, ponendo illam coram dicta honorabili domina Margarita supra quandam tabulam cuiusdam comestorii dicti castri. Quequidem omnia et singula supradicta, dictus discretus Johannes Crexell subsindicus peciit per ordinem scribi et continuari et deinde sibi eodem nomine et dictis principalibus suis si quando et quociens pecierit et habere voluerit fieri atque tradi unum seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum et subscriptum Notarium ad habendum rei geste memoriam in futurum. Post predicta, dicta die sabbati hora quinta post meridiem diei eiusdem vel inde circa in presencia mei dicti et subscripti Notarii et testium, scilicet, Johannis Çabateri et Francisci de Pasce Scriptorum Gerunde ad hec vocatorum et assumptorum existens et personaliter constitutus discretus Bartholomeus Costa Scriptor civis Gerunde Procurator, ut asserit, ad subscripta et plura alia peragenda legittime constitutus a dicta honorabili domina Margarita uxore prefati multum honorabilis Bernardi de Corbaria tradidit michi dicto ac subscripto [Notario] pro responsione, ut dixit, et loco responsionis predictorum quandam papiri cedulam scriptam seriey sequentis:—«Asserte citacioni et contentis in eadem respondens Margarita uxor et conjuncta persona dicti honorabilis Bernardi de Corbaria Gubernatoris Cathalonie generalis dicit quod dictus honorabilis Bernardus longa sunt tempora fuit et est absens ex causa necessaria et probabili a suo domicilio et a toto Episcopatu Gerunde et est in servicio domini Regis ex causis multum arduis et necessariis Serenissimum dominum Regem tangentibus. Ideo, dicta domina supplicat Serenitati reginali dictam citacionem tolli et pro non facta haberi vel saltim dictum honorabilem Bernardum fore citandum personaliter in loco ubi est, hoc est in loco ubi dominus Rex est, cum ita per justiciam fieri debeat, que petit continuari, etc.»—Quibus sic, ut predicitur, gestis, dictus discretus Bartholomeus Costa previo nomine peciit et requisivit dictam proxime insertam cedulam in fine premissorum inseri et continuari. Et inde sibi eodem nomine et dicte honorabili principali sue ac predicto multum honorabili principali suo ac predicto multum honorabili Bernardo de Corbaria

et aliis quorum intersit fieri atque tradi si quando et quociens pecierit et habere voluerit ac voluerint unum et seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum Notarium ad habendum rei geste memoriam in futurum. Que fuerunt acta, partim in dicto castro de Pubello et partim in civitate Barchinone, die, horis et anno predictis, presentibus me dicto Notario et testibus superius nominatis ad hec, ut predicitur, vocatis specialiter et assumptis.

Ego Franciscus Cervani Notarius publicus, auctoritate regia Notarius publicus substitutus a Bernardo de Campolongo publico civitatis Barchinone Baiulie et Vicarie Gerundensis suarumque pertinenciarum Notario, hec quibus omnibus et singulis dum sic, ut predicitur, agerentur et fierent vocatus interfui, eaque requisitus in modum redigens scripsi et clausi.

Post predicta autem die lune intitulata vicesima tercia marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse, comparuit venerabilis Petrus Valtanell et obtulit et produxit in quadam papiri cedula sequencia in scriptis:

Item, ad aliud vicesimum septimum Gravamen ut supra respondetur per dictum Procuratorem quod non est Gravamen, sed ut prius loquendo voluntarie in disceptacionem ponere officium regium eius exercicium et eciam dicti Gubernatoris et eius Assessoris qui taliter procedendo, ut dicitur in dicto capitulo, et nichil novi fecit dictus Gubernator vel eius Assessor quia sic talia invenerunt continuata et fuisse continuata per eius vel eorum antecessores in dictis officiis et videtur consonum rationi, quia presens videtur vel dicitur, non solum qui est in eo loco, camera, palacio vel domo ubi aliquid fit sed eciam qui est in ea civitate, villa vel castro et eciam in illorum continentibus edificiis et de Audiencia largius et lacius, quia quo ad illam presens eciam dicitur qui est in Vicaria vel territorio illius et non solum si est in termino, quare, etc. quia ut supra loquendo, non ex hiis concluditur quod dictus Gubernator taliter procedendo non procedat cum consilio sui Assessoris, et forcius quia, ut est notorium, hoc idem est per eandem formam faciunt et facere consueverunt plures de Vicariis Cathalonie et eorum judices vel Assessores.

Necnon dictus regius Procurator sive fiscalis obtulit et produxit quandam aliam papiri cedulam scriptam et continuatam quam in quolibet processu requisivit poni et continuari cuiusquidem cedule tenor sequitur sub hac forma:

Multa Gravamina seu verius Querelle ex hiis que fuerunt oblata seu oblate coram Provisoribus Sancti Cucuphatis fuerunt hic repetita, unde Procurator fischalis eciam hic dat, repetit et offert et pro datis, oblatis et repetitis vult habere omnes excepciones, deffensiones et alia quecumque jam in dictis processibus pro parte Curie oblata. Necnon producit quecumque instrumenta, scripturas et alia documenta ibidem producta vel mencionata et pro datis et productis vult haberi coram vobis dominis Provisoribus.

Ulterius: cum in dictis processibus sint plures sentencie late et declaraciones que non tantum faciunt ad causam super qua vel occasione cuius sunt late sed eciam ad alias causas sint late in hiis que sunt jure ut pote declaratorie, quod non continet Gravamen que faciunt jus quo ad alias dictas sentencias producit dictus Procurator fischalis in presentibus causis et Querelis et in unaquaque causarum quatenus pro eo faciant et non in plus maxime, cum potestas dictorum Provisorum esset ita lata quod sapiebat jus et pro actu Curie habebantur, ut dicitur.

Non minus dicit pars Curie quod in singulis Querelis coram vobis fuerunt quamplurima producta de quibus non potuit habere copiam nec potest usque nunch facto Scriptorum processu et eo quia in processibus nondum sunt continuata et sich est impossibile quod pars Fisci possit eis satisfacere attenta brevitate temporis et jam Procurator fischalis coram vobis pluries dixit verbo et opposuit in Querela: Pro tanto, Procurator fischalis petit, requirit et protestatur quod majus tempus sibi tribuatur, quam maxime quia parti actrici que jam ex magno tempore veniebat et venire poterat instancia fuerunt dati viginti quinque dies et amplius et parti Fisci que est rea et que favorabiliorum est in dilacione solum fuerunt dati quindecim que fuit disposita currere, non spectato quod pars Fisci habuerit copiam productarum; quod exorbitat ab equitate judiciali et ab omni jure tramite, salva reverencia dominorum Provisorum; alias protestatur quod non stat per Procuratorem fischalem nec per suos advocatos sed per vos dominos Provissores et de nullitate et omni pleno jure et interesse de quibus cum debita reverencia protestatur, requirens hanc inseri in quolibet processu et ad partem confici publicum instrumentum.

Quid plura? Vos honorabiles domini Provisores estis solum cognitores Gravaminum Curie et ex comissione et aliis per dominum Regem et dominam Reginam actitatis demostratur et aliis ex generali constitucione, usu et observancia Curiarum est usitatum, consuetum et stillatum ut ego et vos et partes sint relevate a laboribus et expensis et impunctacione inutili, Procurator fischalis petit et requirit ante omnia per

vos decerni seu declarari vel verius per dominum Regem de vestri consilio quod Querele de oblatis possint dici Gravamen Curie alia non et quod Querele que non continent Curie Gravamen repellantur et remitantur ad judices suos, quoniam in eis non deffecit justicia domini Regis et Officialium suorum admissis aliis que continebunt Curie Gravamen super quibus est contentis Procurator fischalis quod fiat provisio et reparacio qualis decet, justicia mediante.

Ulterius: quia multa sunt documenta que non potuerunt devenire in manibus Curie, Procurator fischalis quecumque documenta processus et scripturas quas in futurum reperierit, protestatur quod illa possit producere et hic producit et vult jam haberi pro productis hic in singulis processibus super justificacionem quorum poterit adaptari, necnon prachmaticas, statuta et ordinaciones super juribus regiis factas redditas.

Quid ultra? cum sint Querele in quibus vertitur interesse partis private, habita racione ante omnia aut contineant Gravamen et si potest dici Gravamen, Procurator fischalis pro deffensione Curie offert et producit quecumque oblata et producta per partem privatam quatenus pro parte Fisci faciant et non plus petens ita continuari.

Amplius dicit Procurator fiscalis: quod si alique Querele apparent in quibus non esset specialiter responsum vel propter multitudinem et confusionem Querelarum vel propter oblivionem tamen que non merentur specialem responsionem vel eciam quia non potest dari eo quia non monstratur ad presens offensa, cum non possint habere producta, ipse idem Procurator negando contenta in eisdem quatenus faciant vel facere videantur contra Fiscum, requirit ante omnia examinari et videri an cedant dicte Querele in Gravamen vel non, cum hoc sit prejudiciale et deserviat ad relevacionem parcium et laboris vestri dictorum Provisorum et quod eciam si sibi videbitur in quocumque possit singulariter ponere et respondere et ita protestatur Procurator fischalis.

Et cum predicta concernant unumquodque processum requirit in quolibet poni cum ita sit de justicia fiendum.

Quibus cedulis oblatis, dicti reverendus et multum honorabiles viri domini Provisores Gravaminum mandarunt illas inseri et continuari, scilicet, prima in presenti originali processu et ultima in isto eodem processu et in aliis processibus tangentibus Fiscum regium, stantes et perseverantes in prediccionibus et salvitatibus per dictam Illustrisimam dominam Reginam factis et superius jam scriptis.

Et ipsa eadem die lune xxvii.° marcii anno predicto coram dictis reve-

rendo et honorabilibus dominis Provisoribus in dicta Capella Palacii episcopalis Dertuse personaliter constitutus, comparuit prefatus discretus Johannes de Fontecohoperto, Sindicus qui supra, qui obtulit in quadam papiri cedula sequencia:

Quia partes que Gravamina obtulerunt certum et limittatum terminum habuerunt ad offerendum eorum Gravamina et ad producendum testes et instrumenta et alia documenta, quem terminum eis prorogari nullomodo obtinere potuerunt, licet aliqui debitam facerent instanciam et ex justis immo justissimis causis, quapropter, cum die ista labatur terminus honorabili Procuratori fiscali et aliis omnibus contra quos oblata fuerunt Gravamina ad dicendum, allegandum, producendum et probandum contra illa, petit Sindicus civitatis Barchinone acusando contra dictum honorabilem Procuratorem fischalem et alios contra quos oblata fuerunt Gravamina pro parte dicte civitatis contumaciam si et in quantum potest et sibi liceat, petit, supplicat et requirit aliam dilacionem seu alium terminum dicto honorabili Procuratori fiscali et aliis predictis non dari seu modo aliquo prorogari, cum jam prolixum tempus habuerit et in judicio equalitas sit servanda, in secus agendis non consenciens.

Quibus oblatis, dicti reverendus et honorabiles domini Provisores mandarunt predicta continuari in omnibus processibus tangentibus civitati Barchinone et nichilominus dixerunt quod stabant in assignacionibus, prediccionibus et salvitatibus per dictam dominam Reginam supra factis.

Demum autem die lune decima aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in capella Palacii episcopalis Dertuse congregatis, comparuit dictus venerabilis et discretus Johannes de Fontecohoperto Notarius, Sindicus predictus dicte civitatis Barchinone et obtulit et produxit coram eis quandam papiri cedulam scriptam et continuatam huiusmodi seriey:

Serenissima Regina:

Sindicus civitatis Barchinone obtulit nonnulla Gravamina in Curia qne per Serenissimum dominum nostrum Regem et nunc per Vestram Magestatem ut Locumtenentem celebratur, in quibus Gravaminibus dictus Sindicus fecit aliquas producciones que Procuratori fischali fuerunt comunicate et illas vidit et advocati fischales et recognoscunt ad libitum quociescumque volunt et dictus Procurator fischalis fecit eciam aliquas

producciones pro fundanda intencione sue partis et aliquas cedulas obtulit, de quibus dictus Sindicus nondum potuit habere copiam, et cum judicium non debeat claudicare: Supplicatur Vestre Magestati humiliter quatenus dignetur copiam dictarum cedularum pro parte Fisci oblatarum et produccionem illius Sindici concedere et mandare ut dictus Sindicus cum suis advocatis super jure dicte civitatis deliberare valeat, cum nemini parcium copia actorum denegari, et licet justa, ad graciam reputabit.

Et oblata preinserta supplicacione sive papiri cedula, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores stantes et perseverantes in prediccionibus et salvitatibus et assignacionibus per dictam dominam Reginam supra factis mandarunt eandem papiri cedulam inseri et continuari in presenti originali Processu copiam de eadem utrique parti concedendo [1].

XXX

Translatum Processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone contra Gubernatorem Cathalonie pretextu causarum reclamacionum.—Ex armario XXVIIII.—In Curia Dertuse MCCCCXXX.—Instruhit Reymundus Grau [2].

Noverint universi: Quod cum Illustrissimus dominus, dominus Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie, pro conservacione et tuicione regalis diadematis ac bono statu reipublice Cathalonie Principatus Curiam generalem cathalanis in civitate Dertuse indixisset et ad diversos actus dicte Curie processisset die mercurii undecima mensis januarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, convocata et congregata dicta generali Curia in domo capituli Sedis civitatis Dertuse prout alias consuevit congregari in qua fuerunt presentes de quolibet statu Curie supradicte, reverendus in Christo pater dominus Dominicus

[1] Aquí (primer tercio del folio 28) termina la parte correspondiente á las Cortes de Tortosa.—Sigue en blanco el resto de la página.

[2] Archivo Municipal de Barcelona.—Manuscrito de 97 folios, y de ellos 94 son útiles, formando pliegos enteros y unidos por cuadernos en número de cinco. El primero comprende desde la portada hasta el folio 17. El segundo, del folio 18 al 33. El tercero, del folio 34 (en el que empieza la *información testifical)* al 65. El cuarto del folio 66 al 85 (los folios 75 al 82 forman un subcuaderno, apareciendo en blanco el folio 75 y empezando en el 76 la *Repetitio*, aun cuando sin mencionarse esta palabra). Y el quinto y último desde el folio 86 al 97.

Episcopus Ilerdensis nomine tocius generalis Curie obtulit et presentavit eidem Serenissimo domino Regi, in suo regali solio ibidem sedenti, quandam suplicacionem scriptam huiusmodi seriey:

Molt alt e molt excellent Princep e Senyor:

Continuant la suplicacio a Vostra gran Excellencia pus derrerament en la present Cort offerta e per deguda exequcio daquella, suplica la dita Cort que explicant la, etc. *(Est in originali principali.)* [1]

Subsequenter die veneris decima mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus in Capella Palacii episcopalis civitatis Dertuse personaliter constitutus, fuit oblata per honorabiles dominos Johannem Ros, Johannem Fivaller et Johannem Bugot Sindicos et Nuncios ac eciam discretos Johannem de Fontecohoperto et Johannem Ros Notarios, Sindicos et Procuratores civitatis et singularium Barchinone quedam Querela in viam Gravaminis tenoris subjuncti:

Princeps juste:

Quia Regia Magestas sua solita benignitate consuevit facere reparari Gravamina per suos illustres predecessores et vestram dominacionem illata suis Universitatibus, vassallis et subditis et eciam per suos Officiales et ministros: Pro tanto, Sindici civitatis Barchinone suplicant humiliter Vestre Sacre Regie Magestati quatenus de et cum consilio Provisorum presentis Curie sua solita clemencia ex justicie debito facere reparari dignetur et ad debitum et justum statum reducere Gravamina que secuntur, et super illis debite providere et in et super eis debite apunctatis et deliberatis per dictos Provisores de congruis provisionum reparacionibus provideri et alia per justiciam ministrari.

Item, cum per privilegia Barchinone tantum sit causas reclamacionis debere infra sex dies terminari et dictus Gubernator, ad suplicacionem alicuius partis mandet causam evocari et evocata, postquam est in Audiencia, non curat ita de facili terminari et sich labuntur sex dies in tantum quod infra ipsos dicta causa reclamacionis non terminatur, immo nech infra duos menses et per consequens contra privilegia Barchinone et littes ultra debitum prorogantur. Ideo, suplicant dicti Sindici Vestre Sacre Regie Magestati quatenus dignetur discernere, pronunciare et de-

[1] Véase el documento á que se refiere el texto en la pág. 62 del tomo XIV de la presente Colección.

clarare dicta acta in contrarium facta et fienda fuisse et esse nulla et ipsam non potuisse nech posse ab inde tales causas reclamacionum evocasse nech alias evocare, et si et ubi tales aliquo casu pacem possent habuisse et habere illas infra tempus privilegii, videlicet, sex dierum determinasse et determinare et alia contra fieri posse inhiberi dicto Gubernatori, providendo istud Gravamen ut dictas causas reclamacionis cesset evocari, permitendo judicibus reclamacionis ut illas terminent infra sex dies prout volunt privilegia predicta, in et super quibus suplicant provideri et de congruo remedio reparacionis provideri justicie complementum ministrari. Et licet, etc.

Quaquidem Querela oblata in viam Gravaminis, ut prefertur, dicti reverendus et multum honorabiles viri domini Provisores retinuerunt sibi acordium sive deliberacionem super modo procedendi in predictis.

Et die lune que erat XIII dies dicti mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo jam lapsis viginti diebus omnibus dare volentibus Gravamina coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus per actum Curie assignatis, convocata et congregata dicta Curia generali in domo capituli dicte Sedis Illustrisima et magnifica Principissa et domina, domina Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini sui, ibidem in Regio sedens solio, per actum Curie legi et publicari inibi fecit et mandavit provisionem et seu assignacionem sequentem:

[1] La Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor [Rey], a tots aquells qui davant los Provehidors dels Greuges en la present Cort assignats dins los vint dies a proposar llurs Greuges prefigits llurs Quereles o Greuges, segons natura de Greuges provehidors, assigna per als dits Greuges de Cort provar e instruhir los dits Greuges per testimonis e les atestacions produhir e exhibir devant los dits Provehidors trenta dies, los quals vint e cinch dies e trenta, compresos los trenta dies, los trenta comencen a correr lo dijous primer vinent e sien continuus, e los vint e cinch se complesquen lo dotze dia del mes de març e los trenta lo desete del dit mes de març primer vinent incantant e avisant

[1] Véase la nota inserta en la pág. 3 del presente tomo.

general e publicament a tot hom que cascun deliber be e haja son bon consell per forma que va e infructuos carrech de prova e instruccio no accepte. E aquell e altres despeses voluntariament se sotsmeta si la Querela per ell proposada de sa natura no cau sots la conexença e nocio dels dits Provehidors o per qualsevol altra manera no es per aquells admetedora, com la dita Senyora atorga copia de les dites Quereles al Fisch e als Officials del dit Senyor e a tots altres qui pertoque o sia interes lo assigne terme de quaranta dies qui comencen a correr lo dit dia de dijous primer vinent pera deliberar *utrum cedant vel concedant* e a respondre si volran a les dites Quereles e a totes altres excepcions e defensions llurs proposar. Et tot ço que diran e proposaran si volran provar e instruhir per testimonis o scriptures, e les proves e instruccions produhir e exhibir davant los dits Provehidors. E los salve tot llur dret sobre totes llurs excepcions, defensions e drets de qualsevol manera o qualitat sien.

E per donar millor expedicio a la conexença e desempatxament dels dits Greuges, de present la dita Senyora atorgua a tots aquells qui volran citatories contra aquells a qui les dites Quereles son dirigides, e encara letres aportunes per reebre testimonis e compulsories pera tots Notaris, Scrivans e persones qualsevol actes, instruments e altres qualsevol scriptures detinents, que les dites scriptures donen e liuren als dits querelants per qui facen ho haver les volran pera la sobredita prova e instruccio fahedores, les quals de continent en sa Cancellaria mana esser desempatxades e liurades a les dites parts.

Ceterum die sabbati duodecima mensis marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo in dicta aula Palacii episcopalis Dertuse, congregatis circa horam terciam post meridiem reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus, comparentes jamdicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros sindici pretacti, obtulerunt et produxerunt quandam posicionem in uno folio papiri scriptam et instrumenta in dicta posicione mencionata qnorum tenores sich se habent.

Super xxx.° de causis reclamacionis quas fecit durare extra vel ultra sex dies.

Quo ad Tricesimum, Sindicus civitatis producit privilegia duo sequencia et informacionem receptam Barchinone, salvo jure amplioris produccionis.

Quibus oblatis et productis, jamdicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores stantes et perseverantes in dictis prediccionibus, sal-

vitatibus et aliis provisionibus per dictam dominam Reginam factis die terciadecima mensis febroarii proxime preteriti, mandarunt omnia producta inseri et continuari in processu.

Privilegium Barchinone quod infra VI dies, etc.

Item, ordinamus et statuimus quod judex, propositis dilatoriis et aliis excepcionibus littis ingressum impedientibus infra quindecim dies post earum proposicionem sequentes determinet eas per interlocutoriam: a qua iuterlocutoria non valeat apellari: sed si qua parcium ex ea se gravatam reputet, adeat secunda die a tempore prolacionis Delegantem seu Ordinarium qui super hoc delegat duos ydoneos peritos, qui infra sex dies juridicos simul cum illo qui interlocutoriam protulerit, determinent utrum bene interlocutum fuerit nech ne. Et si per eorum dicatur bene interlocutum, solvat eorum salaria qui a primitivi judicis interlocutoria reclamavit, et a dictorum suorum peritorum determinacione ac pronunciacione nemo valeat apellando vel aliter reclamare, imo ea lata in continenti judex primus solus resumat negocium et procedatur in negocio secundum dictorum duorum et ejus prolacionem seu determinacionem vel duorum ex eis concordancium.

Ego Didacus Garcie, Illustrissimi domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone, presens capitulum de mandato ipsius domini Regis michi facto cum ejus littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadrigentesimo vicesimo nono a quodam Regestro Serenissimi domini Jacobi bone memorie Regis Aragonum, *Graciarum* intitulato, in dicto archivo recondito in quo simul cum aliis est registratum sumpsi, et cum eodem legaliter comprobavi: quequidem capitula fuerunt oblata per Sindicos Universitatis civitatis Barchinone et per eundem dominum Regem concessa in civitate Osche nonodecimo kalendas septembris anno Domini millesimo trecentesimo septimo. Et ut fides plenior impendatur hec mea manu scripsi in testimonium premissorum.

Item, quod nullus ab interlocutoria lata per quemcumque judicem ordinarium vel delegatum a domino Rege vel alio quocumque, eciam si manifestum Gravamen contineat vel contra jus sit lata vel evidentem errorem in se habeat, valeat apellare: sed si qua parcium ex ipsa interlocutoria lata fuerit a quocumque judice ut est dictum qui super hoc deleget duos jurisperitos se gravatam reputet, adeat infra tres dies juridicos proxime continue sequentes post prolacionem ipsius interlocutorie Ordinarium loci in quo dicta interlocutoria lata fuerit a quocumque judice ut est dictum qui super hoc deleget duos jurisperitos idoneos qui infra sex dies juridicos simul cum illo qui interlocuto-

riam protulerint, si ad hoc voluerit interesse vocatus semel per illos duos jurisperitos determinent omnes tres vel duo ex eis utrum bene interlocutum fuerit nech ne. Et si per eos seu per duos ex eis dicatur bene interlocutum, solvat eorum salaria qui a primitivi judicis interlocutoria reclamavit: et a determinacione ac pronunciacione dictorum trium jurisperitum seu duorum ex eis nemo valeat apellare vel aliter reclamare nech aliquam nullitatem proponere, imo ea lata in continenti judex primus solus resumat negocium et procedatur in ipso negocio secundum prolacionem seu determinacionem ipsorum trium jurisperitorum seu duorum ex eis concordancium, si vero interlocutoria a quocumque judice ut est dictum lata, nulla proponatur seu dicatur habeat hoc dici et allegari infra tres dies juridicos proxime continue sequentes post prolacionem ipsius interlocutorie, infra quos tres dies predictus Ordinarius loci in quo dicta interlocutoria lata fuerit a quocumque judice ut est dictum habeat adiri, qui deleget duos jurisperitos qui cognoscant de nullitatibus allegatis infra dictos tres dies et non de aliis nullitatibus eciam si ex processu appareant, et ipsas nullitates allegatas determinent omnes tres vel duo ex eis infra sex dies juridicos proxime sequentes post dictos tres dies. Et si per eos seu per duos ex eis dicatur valida interlocutoria, solvat salarium eorum ille qui dictam interlocutoriam dixerit nullam, et a dicto seu pronunciacione dictorum trium seu duorum ex eis nemo valeat apellare vel aliter reclamare nech aliquam nullitatem proponere, ymo ea lata in continenti judex primus solus resumat negocium et procedat in ipso negocio secundum prolacionem seu determinacionem ipsorum trium jnrisperitorum seu duorum ex eis concordancium vel alia prout justicia sua debebit, non eum faciendo contra dictam pronunciacionem dictorum trium jurisperitorum seu duorum ex eis intelligatur, quod si una et eadem interlocutoria dicatur injusta et nulla, quod illi idem jurisperiti qui cognoscent de justicia vel injusticia cognoscat de nullitate et contra.

Ego Didacus Garcia, Illustrissimi domini Regis Scriptor ac tenens claves sui archivi regii Barchinone presens translatum de mandato ipsius domini Regis michi facto cum ejus littera data Barchinone octava die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo a quodam Regestro Serenissimi domini Alfonsi bone memorie Regis Aragonum, *Graciarum* intitulato, in dicto archivo recondito in quo simul cum aliis est registratum sumpsi et cum eodem legaliter comprobavi. Quequidem capitula fuerunt oblata per probos homines civitatis Barchinone et per eundem dominum Regem concessa in civitate Valencie XIII.° kalendas marcii anno Domini millesimo trecentesimo

tricesimo quarto. Et ut fides plenior impendatur hec mea manu scripsi in testimonium premissorum.

Nechnon dicti honorabiles Ambaxiatores, Nuncii, actores et Procuratores faciendo fidem de eorum potestatibus, obtulerunt et produxerunt instrumenta sequencia:

Noverint universi: Quod die sabbati, etc. *Sunt in primo Processu prime Querele in viam Gravaminis oblate pro parte civitatis Barchinone*, etc. [1]

Noverint universi: Quod die sabbati que fuit vicesimaquinta mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo hora undecima ante meridiem diey ejusdem vel inde circa, existens personaliter constitutus ante presenciam honorabilis domine Margarite, uxoris multum honorabilis viri domini Bernardi de Corbaria militis Gubernatoris Cathalonie generalis intus castrum de Pubello situm infra diocessem Gerundensem personaliter adinventem discretus Johannes de Crexello Notarius civis Barchinone subsindicus, ad subscripta et plura alia peragenda legitime constitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Notario et cive Barchinone, Procuratore, Sindico et auctore legitime constituto ab honorabilibus dominis Consiliariis generali Consilio sive Parlamento [et] ab Universitate civitatis Barchinone et ejus singularibus, prout de potestate ipsius Sindici constat plene, ut narratur, instrumento publico inde confecto apud gradarium Palacii antiqui regii dicte civitatis Barchinone vicesima septima die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctorizatoque per nobilem Arnaldum Guillermum de Bellaria Vicarium tunch Barchinone clausoque et subsignato per venerabilem Bonanatum Egidii auctoritate regia Notarium publicum ac Scribam honorabilis Concilii Barchinone, vita functum: in quoquidem procuracionis, sindicatus et auctorie instrumento fuit dicto sindicato, ut asseritur, data et concessa potestas Procuratores, Sindicos et auctores unum seu plures ad subscripta et plura alia peragenda substituendi: de dicto autem sindicatu et potestate predicti Johannis Crexell plene constat instrumento inde facto Barchinona decima octava die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque et subsignato per discretum Johannem Franch auctoritate regia Notarium publicum Barchinone, dicto nomine, in presencia mei Notarii subcon-

[1] Véanse los documentos á que se refiere el texto en la pág. 389 y siguientes del tomo XIV de esta Colección.

tenti et testium, videlicet, discreti Guillermi Raymundi Rectoris et discreti Guillermi Vilella sartoris dicti castri de Pubello ad hec vocatorum specialiter et assumptorum, dicte honorabili domine Margarite peciit verbo predictus subsindicus an esset inibi dictus multum honorabilis dominus Bernardus de Corbaria vir suus nech ne. Quequidem honorabilis domina Margarita predicta interrogacioni verbo ibidem respondens dixit: quod multum honorabilis vir suus vere non erat inibi in dicto castro de Pubello, neque diu fuit in eo, imo causa reipublice, ut dixit, diuturno tempore erat et fuit absens a tota diocesi Gerundensi et quod ipsa nesciebat ubi erat: bene autem ut dixit cogitabat quod erat cum domino Rege pro negociis regiis et reipublice. Quare, dictus discretus Johannes Crexell, nomine predicto, protestando expresse de absencia dicti multum honorabilis domini Bernardi de Corbaria, exhibuit et presentavit dicte honorabili domine Margarite conjugi dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria et intus dictum castrum et habitacionem antedicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, et per me memoratum et subscriptum Notarium legi publice et in lingua materna, peciit et requisivit quandam patentem reginalem papiri literam in eius tergo ut primis videbatur aspectibus sigillo regio sigillatam seriey sequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Valencie, Sicilie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilectis nostris Johanni de Corbaria militi, olim Regenti officium, et Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie, salutem et dileccionem. Cum per fideles nostros Ambaxiatores et Sindicos civitatis Barchinone, nomine dicte civitatis et pro interesse eciam omnium civium in dicta civitate habitancium contra vos et Bajulum generalem Cathalonie coram Provisoribus Gravaminum in dicta generali Curia Principatus Cathalonie que nunch celebratur in civitate presenti Dertuse deputatis, fuerit oblata quedam Querela de qua ad partem vobis clausam et sigillatam transmittimus cum presenti, Nosque de Consilio et deliberacione dictorum Provisorum vos citandos esse decernimus: propterea vos presencium tenore citamus vobisque dicimus et mandamus: quod die sexta post hujusmodi presentacionem vobis factam personaliter vel ad domos habitacionum vestrarum per vos vel vestrum ydoneum Procuratorem vel Procuratores plenarie instructos in dicta civitate Dertuse coram dictis Provisoribus compareatis, responsuri jam dicte Querele et ad proponendum et allegandum intra quadraginta dies qui incipient currere die jovis sexta decima presentis mensis omnes

Littera reginalis.

excepciones et defensiones et jura vestra aliaque probandam et instruendam probataque exhibendum et producendum coram dictis Provisoribus et alia debite processuri in causa dicte Querele usque ad ejus decisionem et eciam conclusionem totalem ejusdem inclusive. Alioquin procederetur in dicta causa et ad omnes et singulos actus ipsius cause usque ad dictam decisionem et totalem conclusionem ejusdem vestri absencia et contumacia nullatenus obsistentibus. Data in civitate Dertuse quartadecima febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarius».—Et cum ego dictus et subnominatus Notarius preinsertam reginalem literam dicte honorabili domine Margarite legere vellem predicta honorabilis domina Margarita dixit, quod ipsa habebat dictam literam pro sibi lecta et publicata dicens: quod ipsa talia negocia non intelligebat, ob quod dixit, quod, loquendo cum illis quibus decet reverencia et honore, dictam literam nech nomine dicti viri sui non recipiebat nech admitebat et quod dicto viro suo tempus non curreret donech sibi personaliter ipsa litera presentata foret. Et hiis sich, ut predicitur, gestis, dictus discretus Johannes Crexell previo nomine porrigendo manum suam dexteram cum dictis litera et copia versus dictam honorabilem dominam Margaritam dixit, quod ipse credebat realiter et de facto dicte honorabili domine Margarite in sui prima figura preinsertam reginalem literam necnon et quondam quinternum papireum clausum et in ejus dorso sigillo dictorum multum honorabilium Provisorum Gravaminum ut prima facie apparebat sigillatum et epigramatum ac suprascriptum sub hiis verbis: *Tradatur Bernardo et Johanni de Corbaria militibus,* in quo quinterno ut ipse subsindicus asseruit continebatur Querela Gravaminum in sepedicta litera reginali mencionata et per multum honorabiles Ambaxiatores et Sindicos civitatis Barchinone contra dictos honorabiles Bernardum et Johannem de Corbaria, prout narrabatur in preambula reginali litera aposita. Quamquidem literam nech quinternum seu copiam ipsorum Gravaminum, dicta honorabilis domina Margarita noluit recipere ac capere, quamvis dictus subsindicus illa de facto sibi traderet, ob que dictus subsindicus ipsam literam et copiam dicte Querele clausam, ut predicitur, et sigillatam tradendo, ut dixit, in quantum in ea fuit dicte honorabili domine Margarite dimisit intus dictum castrum, ponendo illam coram dicta honorabili domina Margarita supra quandam tabulam cujusdam comestorii dicti castri. Quequidem omnia et singula supradicta dictus discretus Johannes Crexell subsindicus peciit per ordinem scribi et continuari, et deinde sibi eodem nomine et dictis principalibus suis si quando et quociens pecierit et habere voluerit fieri

atque tradi unum seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum et subscriptum Notarinm ad habendum rei geste memoriam in futurum.—Post predicta, dicta die sabbati hora quinta post meridiem diey ejusdem vel inde circa in presencia mei et subscripti Notarii et testium, scilicet, Johannis Çabateri et Francisci de Pasce Scriptorum Gerunde advocatorum et assumptorum existens et personaliter constitutus, discretus Bartholomeus Costa Scriptor civis Gerunde Procurator, ut asseruit, ad subscripta et plura alia peragenda legitime constitutus a dicta honorabili domina Margarita uxore prefati multum honorabilis Bernardi de Corbaria tradidit michi dicto et subscripto Notario pro responsione, ut dixit, et loco responsionis predictorum quandam papiri cedulam scriptam seriey sequentis:—Asserte citacioni et contentis in eadem respondens Margarita uxor et conjuncta persona dicti honorabilis Bernardi de Corbaria Gubernatoris Cathalonie generalis dicit quod dictus honorabilis Bernardus, longua sunt tempora quod fuit et est absens ex causa necessaria et probabili a suo domicilio et a toto Episcopatu Gerunde et est in servicio domini Regis ex causis multum arduis et necessariis Serenissimum dominum Regem tangentibus, ideo dicta domina suplicat Serenitati reginali, dictam citacionem tolli et pro non facta haberi vel saltim dictum honorabilem Bernardum fore citandum personaliter in loco ubi est, hoc est in loco ubi dominus Rex est, cum ita per justiciam fieri debeat que petit continuari, etc.—Quibus sich, ut predicitur, gestis, dictus discretus Bartholomeus Costa, predicto nomine, peciit et requisivit dictam proxime insertam cedulam in fine premissorum inseri et continuari et inde sibi, eodem nomine, et dicte honorabili principali sue ac predicto multum honorabili Bernardo de Corbaria et aliis quorum intersit fieri atque tradi quando et quociens pecierit et habere voluerit ac voluerint unum et seu plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum Notarium ad habendum rei geste memoriam in futurum. Que fuerunt acta, partim in dicto castro de Pubello et partim in civitate Barchinone, die, horis et anno predictis presentibus me dicto Notario et testibus superius nominatis ad hec, ut predicitur, vocatis specialiter et asumptis.

Ego Franciscus Cerviani, Notarius publicus auctoritate regia substitutus a Bernardo de Campolonguo publico civitatis Barchinone et Vicarie Gerundensis suarumque pertinenciarum Notario hech quibus nominibus et singulis dum sic, ut predicitur, agerentur et fierent vocatus interfui, eaque requisitus in modum redigens scripsi et clausi.

Ex post die mercurii quintadecima mensis marcii anno a Nativitate

Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii Episcopalis Dertuse comparuerunt dicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros Notarii et Sindici antedicti et dictis nominibus, obtulerunt et produxerunt diversa plica clausa et sigillata sigillo honorabilis Vicarii Barchinone, in quibus plicis erant responsiones et deposiciones diversorum testium productorum per partem Universitatis civitatis Barchinone et in eadem civitate Barchinone receptorum pretextu nonnullarum Querelarum in viam Gravaminum datarum et oblatarum coram dicto Illustrissimo domino Rege et dictis dominis Gravaminum Provisoribus. Et nichilominns dicti Sindici verbotenus pecierunt et requisiverunt testes jamdictos publicari et pro publicatis haberi, et eciam idem Sindici faciendo fidem de recepcione dictorum testium obtulerunt et produxerunt nonnullas literas consultorias dicti honorabilis Vicarii Barchinone ut primis videbatur aspectibus in ejus dorso sigillatas.

Et oblatis dictis plica testium et litera predicta, confestim jamdicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores stantes et perseverantes in prediccionibus, salvitatibus et assignacionibus predictis per dictam Illustrissimam dominam Reginam XIII.ª die febroarii proxime lapsi factis, mandarunt predictam literam in presenti originali processu inseri et continuari retinendo eis deliberacionem super publicacionem dictorum testium.

Tenor autem littere predicte talis est:

Littera que dominis Gravaminum Provisoribus.

Reverendo multumque honorabilibus et circunspectis viris Provisoribus Gravaminum in generali Curia Principatus Cathalonie que nunch in civitate Dertuse celebratur deputatis, Johannes de Barberano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, salutem cum omni reverencia et honore. Vestris reverencie et circunspeccionibus honorandis, volumus per presentes reservari nos in vim cujusdam litere Illustrissime domine Regine, Illustrissimi domini Regis Locumtenentis generalis, date Dertuse terciadecima febroarii proxime lapsi nobis per discretum Johannem Franch Notarium Sindicum civitatis Barchinone presentate, Sindico eodem instante et requirente, recepi et examinari fecisse et mandasse per Laurencium de Colle auctoritate regia Notarium publicum Barchinone Scriptoremque in nostra Curia juratum omnes illos testes quos nobis seu dicto Notario et Scriptori jurato dictus Subsindicus duxerit nominandos, in et super contentis in quibusdam Querelis sive Gravaminibus coram vobis per honorabiles

Missatgerios et Sindicos dicte civitatis nomine civitatis ejusdem et pro interesse habitancium in eadem oblatis contra honorabilem Bernardum de Corbaria, olim officium gubernacionis Regentem et Bajulum Cathalonie generalem de quibusdam Querelis sive Gravaminibus per dictam Dominam fuit nobis transmissa copia ad partem clausa et sigillata. Quique testes de nostri mandato, per prius ad dicendum plenam et meram veritatem citati fuerunt, medio juramento per eos prestito, per dictum Notarium et Scriptorem juratum super Querelis eisdem examinati ac diligenter interrogati, eorumque deposiciones in scriptis fideliter redactis, prout continetur in processibus de et super recepcionibus ipsorum testium in posse dicti Notarii et Scriptoris jurati actitatis. Quos processus ex reginali mandato in et cum dicta litera per dictam dominam Reginam nobis facto vestris reverencie et circunspeccionibus transmittimus cum presenti. Quas, ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii quo fungimur, per presentes certificamus quod ipsi testes sunt bone fame et condiciones ac vite et conversacionis honeste, et tales quod ipsis et eorum dictis seu attestacionibus fides plenaria indubie est ubique adhibenda. Data Barchinone octava die mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Post predicta autem die lune intitulata xxvii.ª marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse, comparuit discretus Petrus Valtanell regius Procurator sive fiscalis et obtulit et produxit sequencia in scriptis:

Item ad Tricessimum ut supra respondetur: quod si post talem evocacionem causa reclamacionis non terminetur infra sex dies non est quid imputetur Gubernatori sed partibus vel alicui earum, ut presertim quia sich eciam multociens fit et ut plurimum fieri consuevit coram judicibus datis in dicta civitate super causa reclamacionis, quare et alia tale quid non potest dici Gravamen.

Nechnon dictus regius Procurator sive fischalis obtulit et produxit quandam aliam papiri cedulam scriptam et continuatam [quam] in quolibet processu requisivit poni et continuari, cujusdam papiri cedule [cujus] tenor sequitur sub hac forma:

Multa Gravamina seu verius Querele ex hiis que fuerunt oblata seu oblate coram Provisoribus Sancti Cucufatis fuerunt hic repetita; unde Procurator fiscalis eciam hic dat, repetit et offert et pro datis et oblatis

et repetitis vult habere omnes excepciones, defensiones et alia quecumque jam in dictis processibus pro parte Curie oblata, nechnon producit quecumque instrumenta et scripturas et alia documenta ibidem producta vel mencionata et pro datis et productis vult haberi coram vobis dominis Provisoribus.

Ulterius: cum in dictis processibus sint plures sentencie late et declaraciones que non tantum faciunt ad causam super qua vel occasione cujus sunt late sed eciam ad illas causas que sunt late in hiis que sunt jure, ut pote declaratorie, quod non continent Gravamen que faciunt jus quod ad alias dictas sentencias producit Procurator fiscalis in presentibus causis et Querelis et in unaquaque causarum quatenus pro eo faciant et non in plus, maxime cum potestas dictorum Provisorum esset ita lata quod sapiebat jus et pro actu Curie habebantur, ut dicitur.

Non minus dicit pars Curie quod in singulis Querelis coram vobis fuerunt quamplurima producta de quibus non potuit habere copiam nech potest usque nunch facto Scriptoris processu et eo quia in processibus nondum sunt continuata et sich est imposibile quod pars Fisci possit eis satisfacere, attenta brevitate temporis et jam Procurator fiscalis coram vobis pluries dixit verbo et exposuit in Querela: Pro tanto, Procurator fiscalis petit, requirit et protestatur quod majus tempus sibi tribuatur, quam maxime quia parti actrici que jam ex magno tempore veniebat et venire poterat instructa fuerunt dati viginti quinque dies et amplius et parti Fisci que est rea et que favorabilior est in dilacione solum fuerunt dati quindecim que fuit disposita currere, non spectato quod pars Fisci habuerit copiam productorum, quod exorbitat ab equitate judiciali et ab omni juris tramite salva reverencia dominorum Provisorum, alias protestatur quod non stat per Procuratorem fiscalem nech per suos advocatos sed per vos dominos Provisores et de nullitate et omni pleno jure et interesse de quibus cum debita reverencia protestatur, requirens hanch inseri in quolibet processu et ad partem confici publicum instrumentum.

Quid plura? Vos honorabiles domini Provisores estis solum cognitores Gravaminum Curie et ex comissione et aliis per dominnm Regem et dominam Reginam actitatis demonstratur et aliis ex generali consuetudine, usu et observancia Curiarum est usitatum, consuetum et stilatum, ut ergo et vos et partes sint relevate a laboribus et expensis et impunctacione inutili, Procurator fiscalis petit et requirit ante omnia per vos decerni seu declarari vel verius per dominum Regem de vestri Consilio quod Querele de oblatis possunt dici Gravamina Curie vel non et quod Querele que non continent Curie Gravamen repellantur et remit-

tantur ad judices suos, quoniam in eis non defecit justicia domini Regis et Officialium suorum, admissis aliis que continebunt Curie Gravamen, super quibus est contentus Procurator fiscalis quod fiat provisio et reparacio qualis decet.

Ulterius: quia multa sunt documenta que non potuerunt devenire in manibus Curie, Procurator fiscalis, quecumque documenta, processus et scripturas quas in futurum reperiet, protestatur quod illa possit producere et hic producit et vult jam haberi pro productis hic in singulis processibus super justificacione quatenus poterit adaptari necnon prachmatichas, statuta et ordinaciones super juribus regiis factas et editas.

Quid ultra? Cum multe sint Querele in quibus vertitur interesse partis private habita racione ante omnia an contineant Gravamen et si potest dici Gravamen, Procurator fiscalis, pro defensione Curie, offert et producit quecumque oblata et producta per partem privatam quatenus pro parte Fisci faciant et non plus petens ita continuari.

Amplius dicit Procurator fiscalis, quod si alique Querele apparent in quibus non esset specialiter responsum vel propter multitudinem et confusionem Querelarum vel propter oblivionem, tamen quia non merentur specialem responsionem vel eciam quia non potest dari eo quia non monstratur ad presens ofensa, cum non possint haberi producta, ipse idem Procurator negat contenta in eisdem quatenus faciant vel facere videantur contra Fiscum, requirit ante omnia examinari et videri an cedant dicte Querele in Gravamen vel non, cum hoc sit prejudiciale et deserviat ad relevacionem parcium et laboris vestri dictorum Provisorum et quod eciam si sibi videbitur in quocumque possit singulariter ponere et respondere et ita protestatur Procurator fiscalis.

Et cum predicta concernaut unumquodque processum requirit in quolibet continuari et poni cum ita sit de justicia faciendum.

Quibus cedulis oblatis, dicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores Gravaminum mandarunt illas inseri et continuari, scilicet, primam in presenti originali processu et ultimam in isto eodem processu et in aliis processibus tangentibus Fiscum regium, stantes et perseveranţes in prediccionibus, assignacionibus et salvitatibus per dictam Illustrissimam dominam Reginam factis et superius jam insertis.

Et ipsa eadem die lune xxvii.ª marcii anno a Nativitate Domini predicto coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus in dicta Capella Palacii episcopalis personaliter constitutus, comparuit predictus Johannes de Fontecohoperto Sindicus, qui obtulit in scriptis in quadam papiri cedula sequencia:

Quia partes que Gravamina obtulerunt certum et limitatum terminum habuerunt ad offerendum eorum Gravamina et ad producendum testes et instrumenta et alia documenta quem terminum eis prorogari nullo modo eis obtinere potuerunt, licet aliqui debitam facerent instanciam et ex justis immo justissimis causis. Qua propter cum die ista labatur terminus honorabili Procuratori fiscali et aliis omnibus contra quos oblata fuerunt Gravamina ad dicendum, allegandum et producendum et probandum contra illa, petit Sindicus civitatis Barchinone acusando contra dictum honorabilem Procuratorem fiscalem et alios contra quos oblata fuerunt Gravamina pro parte civitatis contumaciam si et in quantum potest et sibi liceat, petit, suplicat et requirit aliam dilacionem seu alium terminum dicto honorabili Procuratori fiscali et aliis predictis non dari seu modo aliquo prorogari, cum jam prolixum tempus habuerit et in judicio equalitas sit servanda, in secus agendis non consenciens.

Quibus oblatis, dicti reverendus et honorabiles domini Provisores mandarunt predicta omnia continuari in omnibus processibus tangentibus civitatem Barchinone. Et nichilominus dixerunt quod stabant et perseverabant in assignacionibus, prediccionibus et salvitatibus per dictam dominam Reginam supra factis.

Demum autem die lune decima aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse congregatis, comparuit dictus venerabilis et discretus Johannes de Fontecohoperto Notarius, Sindicus predictus dicte civitatis Barchinone et obtulit et produxit coram eis quandam papiri cedulam scriptam et continuatam huiusmodi seriey:

Serenissima Regina:

Sindicus civitatis Barchinone obtulit nonnulla Gravamina in Curia que per Serenissimum dominum nostrum Regem et nunch per Vestram Magestatem ut Locumtenentem celebratur in quibus Gravaminibus dictus Sindicus fecit aliquas producciones et Procuratori fiscali fuerunt comunicate et illas vidit et advocati fiscales, et recognoscunt ad libitum quociescumque volunt. Et dictus Procurator fiscalis fecit eciam aliquas producciones pro fundanda intencione sue partis, et aliquas cedulas obtulit de quibus dictus Sindicus nondum protulit habere copiam. Et cum judicium non debeat claudicare, suplicatur humiliter quatenus dignetur copiam dictarum cedularum pro parte Fisci oblatarum et produc-

cionem illius Sindico concedere et mandare ut dictus Sindicus cum suis advocatis super jure dicte civitatis deliberare valeat, cum nemini parcium copia actorum debeat denegari. Et licet justa, ad graciam reputabit.

Et oblata preinserta suplicacione sive papiri cedula, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores stantes et perseverantes in prediccionibus et salvitatibus et assignacionibus per dictam dominam Reginam supra factis mandarunt eandem papiri cedulam inseri et continuari in presenti originali processu copiamque de eadem utrique parti concedendo [1].

Translàtum testium [2].

Noverint universi: Quod die lune intitulata vicesima mensis febroarii anno a Netivitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram honorabili Johanne de Barberano militi, Vicario Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, comparuit discretus Johannes Franch Notarius civis Barchinone subsindicusque civitatis ejusdem. Et presente ac vocato et assumpto in hiis me Laurencio de Colle auctoritate regia Notario publico Barchinone Scriptoreque jurato in Curia Vicarie Barchinone, obtulit et presentavit dicto honorabili Vicario quandam patentem papiream literam Illustrissimi domini Regis sigillo comuni et assueto in dorso ipsius litere ut prima apparebat facie sigillatam que est tenoris subsequentis:

Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel ejus locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Sindici civitatis Barchinone super quadam Querela per ipsos nomine et pro interesse dicte civitatis et omnium civium in eadem habitancium coram Provisoribus Gravaminum in Curia generali Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis oblata contra dilectos nostros Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacionis Cathalonie Regentem ac contra Bajulum generalem Cathalonie et super in eadem Querela contentis, cujus copiam clausam et sigillatam

[1] Siguen en blanco los folios 32 y 33.

[2] Estas palabras se hallan escritas á modo de portada de este traslado en el folio 34, en el que no se ven trazadas ningunas otras.

vobis ad partem transmittimus cum presenti, quosdam intendat producere testes vostre jurediccioni submissos: dicimus et mandamus vobis de dictorum Provisornm deliberacione et consilio quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis vobis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela et circunstanciis omnibus eorumdem, medio juramento per eos prestando, debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidum Notarium in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes eos quanta testibus ipsis fuerit fides adhibenda. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assignamus quod post presentacionem hujus et citacionis sibi fiende sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram vobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes. Ad quorum juramentorum recepcionem nisi comparuerint, ut prefertur, ad testium recepcionem in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.—*De Funes*, Vicecancellarius.

Item, dictus discretus Johannes Franch Notarius et subsindicus Barchinone obtulit et presentavit jamdicto honorabili Vicario quoddam volumen sive quinternum papireum cum quadam enua pergamenea clausum sigilloque minori regio in dorso ipsius voluminis ut primis videbatur aspectibus sigillatum, in quo siquidem volumine sive quinterno erat supra scriptura sequens:

Tradatur Vicario Barchinone super comissione et testibus recipiendis contra Bernardum et Johannem de Corbaria milites.

Et dicto volumine disclauso et disigillato, quod de mandato dicti honorabilis Vicarii disclausum fuit et disigillatum per me dictum Laurencium de Colle Notarium et Scriptorem juratum in dicta Curia Vicarie Barchinone, fuit inventum intus ipsum volumen inter alia secundum capitula sive Gravamina oblata coram honorabilibus et providis Provisoribus Gravaminum deputatis in generali Curia Principatus Cathalonie que nunch celebratur in civitate Dertuse per honorabiles Sindicos civitatis Barchinone, oblatum contra jamdictos honorabiles Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria, olim officium gubernacionis Cathalonie generalis Regentem Tricesimum capitulum sive Gravamen tenoris sequentis:

Item, cum per privilegia Barchinone tantum sit reclamaciones debere

infra sex dies terminari et dictus Gubernator, ad suplicacionem alicujus partis mandat causam evocari et evocata, postquam est in Audiencia, non curat ita de facili terminari et sich labuntur sex dies in tantum quod infra ipsos dicta causa reclamacionis non terminatur, in et nech infra duos menses et per consequens fit contra privilegia Barchinone et littes ultra debitum prorogantur, idem suplicant dicti Sindici Vestre Sacre Regie Magestatis quatenus dignetur decernere, pronunciare et declarare dicta acta in contrarium facta et fienda fuisse et esse nulla et ipsum non potuisse nech posse ab inde tales causas reclamacionum evocasse nech alia evocare: et si et ubi tales aliquo casu facere posset, habuisse et habere illas infra tempus privilegii, scilicet, sex dierum terminasse et determinare et alia contra fieri posse, inibere dicto Gubernatori providendo illud Gravamen, ut dictas causas reclamacionis cesset evocari, promittendo judicibus reclamacionis ut illas determinent infra sex dies prout volunt privilegia predicta, in et super quibus suplicant provideri de congruo remedio reparacionis provideri et justicie complementum ministrari. Et licet, etc.

Quibus litera et Gravamine presentatis, ilico idem honorabilis Vicarius recepta ipsa reginali litera cum debitis reverencia et honore, obtulit se paratum mandato dicte domine Regine adimplere, et ad contenta in dicta litera procedere et enantare juxta ipsius litere seriem et tenorem de et cum consilio venerabilis Berengarii de Muntmani in decretis licenciati civitatis Barchinone alterum ex setmaneriis presentis septimane sue Curie.

Et coram quibus honorabilibus Vicario et suo Assidente in hiis comparuit die martis XXI.ª dicti mensis febroarii dictus discretus Johannes Franch subsindicus, et ad cautelam coram ambobus iterum presentavit literam et alia preinserta de verbo requisivit in et super predictis concedere juxta predicte litere seriem et tenorem.

Et confestim, supradictus honorabilis Vicarius de et cum consilio dicti venerabilis sui Consiliarii sive Assidentis in hiis ocupatus, ut dixit, in regimine dicti sui Vicarie officii, recepcionem testium per dictum subsindicum super dicto Gravamine producendorum juramentorumque et deposicionem eorumdem mich[i] dicto Laurencio de Colle Notario et Scriptori Juratoque qui supra, comisit injunxitque et mandavit michi quatenus ad testes per dictum subsindicum producendos et nominandos eos per prius citatos quosque per ejus seu Curie seu ministros sive sagiones jussit et mandavit citari, medio juramento per eos corporaliter prestando, diligenter prout convenit super contentis in dicto tricesimo Gravamine sive Querela et eius debitis circunstanciis interrogarem et

examinarem eorumque deposiciones sive attestaciones fideliter redigerem in scriptis.

Nechnon idem honorabilis Vicarius de dicti ejus in hiis Assidentis consilio et juxta dicte reginalis litere seriem et tenorem citavit seu citari jussit et mandavit predictos honorabiles Gubernatorem et olim officium gubernacionis Regentem ut sexta die post ipsam citacionem per se vel eorum Procuratores compareant coram me dicto Notario et Scriptore jurato providendo jurare testes per dictum subsindicum super contentis in dicto tricesimo Gravamine ministrandos et producendos, alias quod dicta sexta die lapsa, procedatur ad ipsorum testium juramentorum, scilicet et deposicionum recepcionum, in eorum contumacia.

Et quia dicti honorabiles Bernardus [et] Johannes de Corbaria non erant presentes in presenti civitate Barchinone, dictus honorabilis Vicarius de consilio dicti venerabilis sui Assidentis in hiis instanteque et requirente superius nominato Johanne Franch quo supra nomine, predicta, scilicet, die martis XXI.ª febroarii predicti processit ad citandum eosdem honorabiles Bernardum et Johannem de Corbaria de et super contentis in preinserta reginali litera cum ipsius honorabilis Vicarii literis tenoris seu seriey subsequentis:

Citacio honorabilis Bernardi de Corbaria.

Honorabili Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie generali, Johannes de Barberano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis judex sive Comissarius ad hec cum litera reginali inferius inserta deputatus, salutem et cum omni honoris incremento. Noveritis: Quod die herina intitulata vicesima presentis mensis febroarii per discretum Johannem Franch Notarium et subsindicum civitatis Barchinone fuit nobis presentata quedam reginalis litera seriey subsequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum», etc. *Inseratur prout jam est supra in principio.* Qua siquidem litera nobis presentata, fuimus per ipsum jamdictum instanter requisiti quatenus juxta dicte reginalis et comissionis litere seriem et tenorem, tam ad recepcionem ipsorum testium quam ad alia in preinserta reginali litera contenta, procedere deberemus. Idcirco ex parte dicte domine Regine et áuctoritate officii quo fungimur in hac parte, instante pro hiis et nobis requirente supradicto discreto subsindico, vos tenore presencium citamus quatenus post hujusmodi presentacionem sexta die et deinde continue horis debitis et assuetis compareatis Barchinone per vos vel vestrum Procuratorem coram nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in nostra Curia ad videndum jurare predictos testes per

dictam civitatem Barchinone vel predictum suum subsindicum in et super contentis in preinserta reginali litera producendos, certificantes nos serie cum presenti quod alia lapsa predicta sexta die in vestra contumacia ad juramentorum et deposicionum ipsorum testium procederemus. Data Barchinone vicesima prima die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Citacio honorabilis Johannis de Corbaria.

Johannes de Barberano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate, Vallensis, Modiliani et Modilianensis, Judex sive Comissarius in inferius inserta reginali litera deputatus, honorabili Johanni de Corbaria militi, olim officium gubernacionis Cathalonie Regenti, salutem cum omni honoris incremento. Noveritis: Quod die lune xx.ª presentis mensis febroarii nobis per discretum Johannem Notarium subsindicum civitatis Barchinone fuit presentata quedam reginalis litera tenoris sequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum», etc. *Inseratur prout jam est supra in principio.* Quaquidem litera nobis presentata per nos cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, ilico dictus subsindicus nos instanter requisivit quatenus ad recepcionem testium et alia in preinserta reginali litera contenta procedere deberemus. Idcirco ex parte dicte domine Regine et auctoritate officii quo fungimur in hac parte ad instanciam et requisicionem prefati Johannis Franch quo supra nomine vos serie cum presenti citamus quatenus post presentacionem hujusmodi sexta die et deinde horis debitis et assuetis compareatis per vos vel vestrum Procuratorem coram nobis vel Laurencio de Colle Notario vel Scriptore jurato in Curia nostra ad recipiendum et examinandum dictos testes per nos ducendos ad videndum jurare testes per dictam civitatem super contentis in dicta reginali litera producendos, certificantes nos cum eadem quod alias lapsa dicta sexta die in vestra contumacia ad recepcionem juramentorum et deposicionum ipsorum testium procede[re]mus. Data Barchinone xxi.ª die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Et que dicte litere sigillate et expedite fuerunt per me dictum Laurencium de Colle Notarium et Scriptorem juratum qui supra, traditis discreto Johanni Crexell Procuratori et subsindico, ad certos actus substituto, per discretum Johannem de Fontecohoperto Notarium et sindicum dicte civitatis, pro presentando literas easdem citatorias in domiciliis sive habitacionibus predictorum honorabilium Bernardi et Johannis de Corbaria.

Postmodum vero die mercurii secunda marcii anno a Nativitate Do-

mini millesimo quadringentesimo tricesimo prefatus discretus Johannes Franch Sindicus qui supra ad mostrandum, ut dixit, quod litera preinserta in et cum quibus dicti honorabiles Bernardus et Johannes de Corbaria fuerunt citati pro videndo jurare testes producendos per dictum subsindicum super dicto Gravamine sive Querela fuerunt presentate, tradidit michi dicto Laurencio dez Colle Notario et Scriptori jurato pro inferendo et continuando in processu hujusmodi duo publica instrumenta quorum unum fuit confectum de et super presentacione litere citatorie dicti honorabilis Johannis de Corbaria, et aliud super presentacione litere citatorie dicti honorabilis Bernardi de Corbaria.

Et quorum dictorum instrumentorum tenores per ordinem sich secuntur:

Noverint universi: Quod die jovis computata vicesima tercia mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo discretus Johannes Crexell Notarius civis Barchinone substitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Sindico et auctore legitime constituto ab honorabilibus viris dominis Consiliariis ejusdem civitatis generali Consilio sive Parlamento et ab Universitate civitatis predicte et ejus singularibus: et constat de jamdicta substitucione et publico instrumento inde acto decima octava die mensis julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque per discretum Johannem Franch auctoritate regia Notarium publicum Barchinone: de dicto vero sindicatu et actoria constat plene publico instrumento inde acto apud gradarium Palacii antiqui regii dicte civitatis vicesima septima die junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillermi de Bellaria Vicarium tunch Barchinone clausoque per venerabilem Bonanatum Egidii auctoritate regia Notarium publicum Barchinone ac Scriba honorabilis Consilii Barchinone, vita functi, nomine predicto in presencia mei Jacobi Mathei minoris dierum Notarii infrascripti, et presentibus eciam venerabili et discreto Guillermo de Rivopulorum domicello et Petro de Bellver presbitero Granullariorum testibus ad hec vocatis specialiter et assumptis existentibus personaliter circa januas portalis hospicii in quo habitat honorabilis Johannes de Corbaria miles obtulit et presentavit ac per me dictum Notarium legi publice requisivit quandam patentem papiri literam a Curia domini Vicarii Barchinone emanatam tenoris sequentis:

Johannnes de Barberano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate, Val-

lensis, Modiliani et Modilianensis, Judex sive Comissarius, in inferius inserta reginali litera deputatus, honorabili Johanni de Corbaria militi, olim officium gubernacionis Regenti, salutem cum omni honoris incremento. Noveritis: Quod die lune vicesima presentis mensis febroarii nobis per discretum Johannem Franch Notarium subsindicum civitatis Barchinone fuit presentata quedam reginalis litera tenoris sequentis:— «Maria Dei gracia Règina Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel ejus locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Sindici civitatis Barchinone super quedam Querela per ipsos nomine et pro interesse dicte civitatis et omnium hominum in eodem habitancium coram Provisoribus Gravaminum in Curia generali Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis oblata contra dilectos Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacionis Cathalonie Regentem ac contra Bajulum generalem Cathalonie et super in eadem Querela contentis, cujus copiam clausam et sigillatam vobis ad partem transmittimus cum presenti, quosdam intendant producere testes vestri jurediccioni submissos: dicimus et mandamus vobis de dictorum Provisorum deliberacione et consilio quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis vobis duxit nominandos super contentis in dicta Querela et circunstanciis omnibus eorumdem, medio juramento per eos prestando debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidem Notarii in scriptis redactas clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes eos quanta testibus ipsis fuerit fides adhibenda. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assignamus quod post presentacionem hujus et citacionis sibi fiende sexta die et deinde continue horis debitis et assuetis compareant coram vobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes ad quorum juramentorum recepcionem nisi comparuerint, ut prefertur, ad testium recepcionem in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die terciadecima febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarins.»—Quaquidem litera nobis presentata, per nos cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, ilico dictus subsindicus nos instanter requisivit quatenus ad recepcionem testium et alia in pre-

inserta litera contentis horis debitis et assuetis compareatis per vos vestrum Procuratorem Barchinone coram nobis vel Laurencio de Colle Notario et Scriptore jurato in Curia nostra ad accipiendum et examinandum dictos testes per nos deputato, ad videndum ju[ra]re testes per dictam civitatem super contentis in dicta reginali litera producendos, certificantes vos cum eadem serie quod alias, lapsa dicta sexta die in vestri contumacia ad recepcionem juramentorum et deposicionum ipsorum testium procederemus. Data Barchinone XXI.ª die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.—Quaquidem litera presentata per dictum subsindicum et lecta per me dictum et infrascriptum Notarium, protinus dictus subsindicus tradidit transumptum de preinserta litera honorabili domine Isabeli, presenti, uxori honorabilis Bernardi de Tagamanent quondam socrui dicte honorabilis Johannis de Corbaria, presente me dicto et infrascripto Notario et presentibus testibus antedictis, et requisivit de premissis sibi dicto nomine fieri atque tradi presens publicum instrumentum ad memoriam sempiternam rei geste. Que fuerunt acta die et anno predictis, presente me dicto et infrascripto Notario et presentibus, ut pretangitur, testibus antedictis.

Sig ✠ num Jacobi Mathei minoris dierum, Notarii publici ville et parrochie Granullariorum auctoritate honorabilis Rectoris et Notarii publici Ecclesie dicti loci, qui premissis omnibus et singulis una cum testibus antedictis presens interfui et ad requisicionem dicti subsindici hec scripsi et clausi, etc.

Noverint universi: Quod die sabbati que fuit vicesima quinta mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo hora undecima ante meridiem diey eiusdem vel inde circa, existens personaliter constitutus. ante presenciam honorabilis domine Margarite uxoris multum honorabilis viri domini Bernardi de Corberia militis Gubernatoris Cathalonie generalis intus castrum de Pubello situm infra diocesem Gerundensem personaliter adinvente, discretus Johannes Crexell Notarius civis Barchinone subsindicus ad infrascripta et plura alia peragenda legittime constitutus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto Notario et cive Barchinone, Procuratore, Sindico et auctore legittime constituto ab honorabilibus dominis Consiliariis generali Consilio sive Parlamento et ab Universitate civitatis Barchinone et eius singularibus prout de potestate ipsius Sindici constat plene ut narratur instrumento publico inde confecto apud gradarium Palacii antiqui

regii civitatis Barchinone vicesima septima die junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillermum de Ballaria Vicarium tunch Barchinone, clausoque et subsignato per venerabilem Bonanatum Egidii auctoritate regia Notarium publicum ac Scribam honorabilis Consilii Barchinone, vita functum: in quoquidem procuracionis sindicatus et auctorie instrumento fuit dicto Sindico, ut asseritur, data et concessa potestas Procuratores, Sindicos et actores unum seu plures ad subscripta et plura alia peragenda substituendi: de dicto autem subsindicatu et potestate eidem Johanni Crexell plene constat instrumento publico inde confecto Barchinone decima octava die julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo clausoque et subsignato per discretum Johannem Franch auctoritate regia Notarium publicum Barchinone, dicto nomine, in presencia mei Notarii supradicti et testium, videlicet, discreti Guillermi Raymundi Rectoris et Guillermi Vilella sartoris dicti castri de Pubello ad hec vocatorum et rogatorum specialiter et assumptorum, dicte honorabili domine Margarite peciit verbo predictus subsindicus an esset inhibi dictus multum honorabilis dominus Bernardus de Corbaria vir suus, necne. Quequidem honorabilis domina Margarita predicte interrogacioni verbo ibidem respondens dixit: quod dictus multum honorabilis vir suus vere non erat inibi in dicto castro de Pubello, neque diu fuit in eo, ymmo causa reipublice, ut dixit, diuturno tempore erat et fuit absens a tota diocessi Gerundensi, quo ipsa nesciebat ubi erat: bene tamen, ut dixit, cogitabat quod erat cum domino Rege pro negociis regiis et reipublice et dicti gubernacionis generalis. Quare, dictus discretus Johannes Crexelli, nomine predicto, protestando exprese de absencia dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, exhibuit et presentavit dicte honorabili domine Margarite conjugi dicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria intus dictum castrum et habitacionem antedicti multum honorabilis Bernardi de Corbaria, et per me memoratum et subscriptum Notarium legi publice et in lingua materna, peciit et requisivit eandem patentem papiri litteram directam dicto multum honorabili Bernardo de Corbaria ex parte honorabilis Johannis de Barberano militis, Vicarii Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, Judicis sive Comissarii ad hec cum littera reginali in ea inserta deputati, in eius tergo ut primis videbatur aspectibus sigillo dicti honorabilis Vicarii Barchinone sigillatam, cuius littere cum insercione cuiusdam reginalis littere, tenor sequitur prout ecce.—Honorabilibus Bernardo de Corbaria militi Gubernatori Cathalonie generali, Johannes de Barberano miles, Vicarius Barchinone, Aqualate et Vallen-

sis, Modiliani et Modilianensis, Judex sive Comissarius ad hec cum littera reginali inferius inserta deputatus, salutem cum omni honore incremento. Noveritis: Quod die herina intitulata vicesima presentis mensis febroarii per discretum Johannem Franch Notarium et subsindicum civitatis Barchinone fuit nobis presentata quedam reginalis littera seriey subsequentis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone et Vallensis vel eius locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Sindici civitatis Barchinone super quadam Querela per ipsos nomine et interesse dicte civitatis et omnium civium in eadem habitancium coram Provisoribus Gravaminum, in Curia generali Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis, contra dilectos nostros Bernardum de Corbaria militem Gubernatorem et Johannem de Corbaria militem, olim officium gubernacio[nis] Regentem ac contra Baiulum generalem Cathalonie et super in eadem Querela contentis, cuius copiam clausam et sigillatam vobis ad partem transmittimus cum presenti, quosdam intendant producere testes vestre jurediccioni submissos, dicimus et mandamus vobis, de dictorum Provisorum deliberacione et consilio, quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis vobis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela et in circunstanciis omnibus eorumdem, medio juramento per vos prestando, debite examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem super illis vice regia compellatis, eorumque dicta et deposiciones per fidem Notarii in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis dictis Provisoribus transmittatis, certificantes vos quanta testibus ipsis fuerit fides adhibenda. Nos enim per presentem dictis Bernardo et Johanni de Corbaria assignamus quod post presentacionem huius citacionis sibi fiende sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram vobis per se vel eorum Procuratorem vel Procuratores ad videndum jurare testes ad quorum juramentorum et recepcionem nisi comparuerint, ut prefertur, ad testium recepcionem in eorum contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse die XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes*, Vicecancellarius.»—Quaquidem littera nobis presentata per nosque cum illis quibus decet reverencia et honore recepta, fuimus per ipsum jamdictum subsindicum instanter requisiti quatenus juxta dicte reginalis et commissionis littere seriem et tenorem, tam ad recepcionem ipsorum testium quam ad alia in preinserta regi-

per dictam dominam Reginam nobis facto, vestris reverencie et circunspeccionibus transmittimus cum presentibus, quas ex parte dicti domini Regis et auctoritate officii quo fungimur per presentes certificamus ipsi testes sunt bone fame et condicionis ac vite et conversacionis honeste et tales que ipsis et eorum dictis seu atestacionibus fides plenaria indubie est ubique adhibenda. Data Barchinone octava die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Postea die lune xxvii.ª marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus, comparuit dictus venerabilis Petrus Valtanell regius Procurator sive fischalis et obtulit et produxit in scriptis hec que secuntur:

Loquendo cum honore, constant contenta in xxxiiii asserto Gravaminum oblato pro parte civitatis Barchinone protulisse, nec de contentis in eo constat et sic actore non probante, etc.

Dicit ulterius: quod cessat fore verum quod aliquid privilegium deponat quod contentis in conclusione dicti asserti Gravaminis fieri habeant preconitzacio et alia ibi posita.

Dicit ulterius: quod requisita et suplicata fieri in dicto asserto Gravavaminum si fierent essent nova excepcio in vim privilegii seu Episcopali Curie, que vobis dictis dominis non competunt.

Dicit ulterius: quod ex predictis non resultat nec mostratur Gravamen solum eo modo que petitur provideri.

Ideo, dictus Procurator fischalis peciit dictum assertum Gravamen ac partem civitatis condempnari in omnibus expensis factis et fieudis de quibus protestatur expresse.

xxxv

Et hoc idem dicit et ponit idem Procurator fischalis in xxxv aasserto Gravaminum pro parte civitatis oblato incipiente. Item, cum privilegia Barchinone eciam concessum sit date civitati Barchinone dictos alguatzirios, etc. et vult prout recipit autem in hoc Gravaminum asserto.

Necnon idem regius Procurator sive Fiscus obtulit et produxit quandam aliam papiri cedulam quam in presenti originali processu vult inseri et continuari, que est tenoris sequentis:

Multa Gravamina seu verius Querele ex hiis que fuerunt oblata seu oblate coram Provisoribus Sancti Cucuphatis fuerunt hic repetita unde

Procurator fischalis eciam htc dat repetit et offert et pro datis, oblatis et repetitis vult habere omnes excepciones, deffensiones et alia quecumque jam in dictis processibus pro parte Curie oblatis, necnon producit quecumque instrumenta, scripturas et alia documenta ibidem producta vel mencionata et pro datis et productis vult haberi.

Ulterius: cum in dictis processibus sint plures sentencie late et declaraciones que non tamen faciunt ad causam super qua vel occasione cuius sunt late, sed eciam ad alias causas cum sint in hiis que sunt juris, ut pote declaratorie, quod non continent Gravamen, que faciunt [jus] quo ad alias dictas sentencias producit Procurator fischalis in presentibus causis et Querelis et in unaquaque causarum, quatenus pro ea faciant et non in plus maxime cum potestas dictorum Provisorum esset ita lata quod sapiebat jus et pro actu Curie habebantur.

Non minus dicit pars Curie, quod in singulis Querelis coram vobis fuerunt quamplurima producta de quibus non potuit habere copiam nec potest usque nunch facto Scriptoris processuum, et eo quia in processibus nondum sunt continuata et sic est impossibile, quod pars Fisci possit lis satisfacere, attenta brevitate temporis et jam Procurator fischalis coram vobis pluries dixit verbo et exposuit in Querela: Pro tanto, Procurator fischalis peciit, requirit et protestatur quod maius tempus sibi trib[u]atur quam maxime, quia parti actrici que jam ex magno tempore veniebat et venire poterat instructa fuerunt dati xxv dies et amplius et parti Fisci que est rea et que favorabilior est in dilacione solum fuerunt dati xv, que fuit disposita currere, non expectato quod pars Fisci habuerit copiam productorum, quod exorbitat ab equitate judiciali et ab omni jure tramite, salva reverencia dominorum Provisorum; alias protestatur quod non stat per Procuratorem fischalem nec per suos advocatos, per vos dominos Provisores et de nullitate et omni pleno jure et expresse de quibus cum debita reverencia protestatur: requirens hanc inseri in quolibet processu et ad partem confici publicum instrumentum.

Quid plura? vos honorabiles domini Provisores estis solum cognitores Gravaminum Curie et ex comissione et aliis per dominum Regem et dominam Reginam actitatis demostratur et alia ex generali consuetudine, usu et observancia Curiarum est usitatum, consuetum et stilatum. Ut ergo et vos et partes sint relevati a laboribus et expensis et inquietacione inutili, Procurator fischalis peciit et requirit, ante omnia per vos decerni seu declarari, vel verius per dominum Regem de vestri consilio, quod Querela de oblatis possunt dici Gravamina Curie, vel non, et quod Querele que non continent Curie Gravamen repellantur et remittantur ad judices suos, quoniam in eis non defficiet justicia domini

Regis et Officialium suorum, admissis aliis que continebant Curie Gravamen, super quibus est contentus Procurator fischalis quod fiat provisio et reparacio qualis decet.

Ulterius: quia multa sunt documenta que non potuerunt devenire in manibus Curie, Procurator fiscalis quecumque documenta, processus et scripturas quas in futurum reperiret, protestatur quod illa possit producere et hic producit et vult jam haberi pro productis hic in singulis processibus super justifficacionem quorum poterit adaptari prachmaticas, statuta et ordinaciones super juribus regiis factas et editas.

Quid plura? cum multe sint Querele in quibus vertitur interesse partis private, habita racione ante omnia an contineant Gravamen et si possit dici Gravamen, Procurator fischalis pro deffensione Curie offert et producit quecumque oblata et producta per partem privatam quatenus pro parte Fisci faciant et non plus petens ita continuari.

Amplius [dicit] Procurator fischalis, quod si alique Querele apparent in quibus non esset specialiter responsum vel propter multitudinem et confusionem Querelarum vel propter oblivionem, tamen quia non merentur specialem responsum vel eciam qua non possint dari eo quia non mostratur offensa cum non possint haberi producta; ipse idem Procurator, negat contenta in eisdem quatenus faciant vel facere videantur contra Fiscum, requirit ante omnia examinari et videri an cedant dicte Querele in Gravamen vel non, cum hoc sit preiudiciale et deserviat ad relevacionem parcium et laboris vestrorum dictorum Provisorum et quod eciam si sibi videbitur in quocumque possit singulariter ponere et reponere et ita protestatur Procurator fischalis.

Et cum predicta concernant unumquemque processum, requirit in quolibet continuari et poni cum ita sit de justicia faciendum.

Quibus cedulis oblatis, dicti reverendus et honorabiles viri domini Provisores Gravaminum mandarunt illas inseri et continuari, scilicet, primam in presenti originali processu et ultimam in isto eodem processu et in aliis processibus tangentibus Fiscum regium, stantes et perseverantes in prediccionibus et assignacionibus et salvitatibus per dictam Illustrissimam dominam Reginam factis et supra jam insertis.

Et ipsa eadem die lune vicesima septima marcii anno predicto coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus in dicta Capella Palacii episcopalis personaliter constitutis comparuit preffatus Johannes de Fontecohoperto Sindicus qui supra, qui obtulit in scriptis in quadam papiri cedulam sequencia [continentem]:

Quia partes que Gravamina obtulerunt certum et limitatum terminum habuerunt ad offerendum eorum Gravamina et ad producendum testes et instrumenta et alia documenta, quem terminum eis prorogari nullomodo obtinere potuerunt, licet aliqui debitam facerent instanciam et ex justis immo justissimis causis:

Quapropter, cum die ista labatur terminus honorabili Procuratori fischali et aliis omnibus contra quos oblata fuerunt Gravamina ad dicendum, allegandum, producendum et probandum contra illa, petit Sindicus civitatis Barchinone, acusando contra dictum honorabilem Procuratorem fischalem et alios contra quos oblata fuerunt Gravamina pro parte [dicte] civitatis, contumacia si et in quantum potest et sibi liceat, peciit, supplicat et requirit aliam dilacionem seu alium terminum dicto honorabili Procuratori fischali et aliis predictis non dari seu modo aliquo prorogari, cum jam prolixum tempus habuerit et in judicio equalitas sit servanda, in secus agendis non consenciens.

Quibus oblatis, dicti reverendus et honorabiles domini Provisores mandarunt predicta continuari in omnibus processibus tangentibus civitati Barchinone et nichilominus dixerunt quod stabant et perseverabant in assignacionibus, prediccionibus et salvitatibus per dictam dominam Reginam supra factis.

Demum autem die lune decima aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse congregatis, comparuit dictus venerabilis et discretus Johannes de Fontecohoperto Notarius, Sindicus predictus dicte civitatis Barchinone et obtulit et produxit coram eis quandam papiri cedulam scriptam et continuatam huiusmodi seriey:

Serenissima Regina:

Sindicus civitatis Barchinone obtulit nonnulla Gravamina in Curia qne per Serenissimum dominum nostrum Regem et nunc per Vestram Magestatem ut Locumtenentem celebratur, in quibus Gravaminibus dictus Sindicus fecit aliquas producciones que Procuratori fischali fuerunt comunicate et illas vidit et advocati fischales et recognoscunt ad libitum quociescumque voluit et dictus Sindicus Procurator fischalis fecit eciam aliquas producciones pro fundanda intencione sue partis et aliquas cedulas obtulit, de quibus dictus Sindicus nondum potuit habere copiam; et cum judicium non debeat claudicare: Supplicatur Vestre Magestati humiliter quatenus dignetur copiam dictarum cedularum pro parte Fisci

oblatarum et produccionem illius Sindici concedere et mandare ut dictus Sindicus cum suis advocatis super jure dicte civitatis deliberare valeat, cum nemini parcium copia actorum debeat denegari, quod licet justa, ad graciam reputabit.

Et oblata preinserta supplicacione sive papiri cedula, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores, stantes et perseverantes in prediccionibus et salvitatibus et assignacionibus per dictam dominam Reginam supra factis, mandarunt eandem papiri cedulam inseri et continuari in presenti originali Processu copiam de eadem utrique parti concedendo [1].

XXXV

Translatum [*recepcionis*] *testium* [2].

Noverint universi: Quod die lune intitulata sexta mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram honorabili Johanne de Barbarano militi, Vicario Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, comparuit discretus Johannes Franch Notarius, civis Barchinone, subsindicusque civitatis Barchinone et obtulit ac ipsi honorabili Vicario presentatur, quandam patentem papiream litteram Illustrissime domine Regine, Locumtenentis generalis Illustrissimi domini Regis in ipsius littere dorso ut prima aparebat facie sigillatam.

Et cuiusquidem littere tenor sequitur sub hiis verbis:

Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comittisa Barchinone, Ducissa Athenarum et Nehopatrie ac eciam Comittissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenentis generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Dilecto nostro Vicario Barchinone vel eius locumtenenti, salutem et dileccionem. Cum fideles nostri Missatgerii et Sindici civitatis Barchinone super quibus Querelis coram Provisoribus Gravaminum in generali Curia Principatus Catalonie que nunch celebratur in presente civitate Dertuse deputatis, oblatis racionibus in eis expressatis, nonnullos testes vestre jurisdiccioni submissos intendant producere, dicimus et mandamus vobis, de dictorum Provisorum consilio et deliberacione, quatenus

[1] Las actuaciones de este Proceso terminan en el folio 27 verso, quedando en blanco el 27 vuelto y los dos folios siguientes.—En el 30 comienza el Proceso instruído en las Cortes de 1431-34.

[2] Este epígrafe se halla escrito á manera de portada en la primera página del folio 60, quedando en blanco toda la parte restante.

omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis duxerit nominandos super contentis in dictis Querelis et unaquaque ipsarum copiam quantum ad partem vobis transmittimus cum presenti et omnibus circunstanciis eorumdem medio juramento per eos prestando, debito examinetis et ad dicendum plenam et meram veritatem vice regia compellatis eorumque dicta deposiciones per fidem Notarium in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis, dictis Provisoribus transmittatis, certificantes ipsos quamvis dictis testibus erit fides adhibenda. Nos enim per hanc eandem Procuratori fischali regie assignamus quod post presentacionem huius et citacionis sibi facte sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareant coram nobis ad videndum jurare testes ad quorum juramentorum recepcione nisi comparuerit, ut prefertur, in testium examinacione in eius contumacia procedatis. Data Dertuse terciadecima die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.—*De Funes*, Vicecancellarius.

Dictusque subsindicus obtulit et presentavit honorabili Vicario supra dicto quoddam volumen papireum clausum cum quadam enua pergamenea et sigillo minori regio sigillatum.

In quo volumine erat scripta scriptura sequens: *Tradatur Vicario Barchinone.*

Et intus quod volumen, quod de mandato dicti honorabilis Vicarii Barchinone fuit per me dictum Notarium et Scriptorem juratum disclausum et dissigillatum, inter alias Gravamina oblata coram honorabilibus Provisoribus Gravaminum per dictam civitatem oblatam, fuit inventum quoddam Gravamen sive Querela tenoris sequentis:

Item, cum per privilegia Barchinone eciam concessum sit dicte civitati Barchinone dictos alguatzirios non posse cognoscere de causis civium Barchinone, eciam quod de illis causis ipsis comissis fieret per Vestram Magestatem aut mandatum, et evenit quod dicti alguatzirii se intromittant de causis levibus ex comissione facta eis aut mandato ex provisione vestri Cancellarii, Vicecancellarii aut Regentis Cancellariam, imo et dum fit de uno ad alium peticio, compelluntur assecurare judicium, alia reponunt et, partem non prestantem securitatem, induci in capcione, contra jura patrie, que prohibent capciones nisi in certis casibus inter quos non est iste. Ideo, suplicant dicti Sindici Vestre Sacre Regie Magestati quatenus reparare dignetur dicta Gravamina et alia decernere et declarare, illos tales cogniciones fecisse non potuisse nec facere, immo omnia in contrarium facta et alia fienda fuisse et esse nulla, et inhibere dictis alguatziriis cognoscere aliquatenus ex comissione et mandato predictos de dictis causis, minusque ipsas terminare et quod

aliquatenus eciam racione predicta ad capcionem non procedant et sich Constituciones, privilegia seu jura patrie illesa serventur in et super suplicant de congruo reparacionis remedio provideri et alias justicia complementum ministrari.

Et hiis oblatis et presentatis dicto bonorabili Vicario per dictum subsindicum, illico dictus honorabilis Vicarius obtulit se paratum super predictis procedere et enantare juxta dicte littere reginalis seriem et tenorem de et cum consilio venerabilis Berengarii de Muntmany in Decretis licenciatis, quem super hiis in Consiliarium sive Assidentem assumpsit.

Et coram quibus honorabili Vicario et suo Assidente in hiis, quasi in continente comparuit dictus subsindicus et obtulit ac presentavit eisdem ambobus iterum et ad cautelam reginalem litteram et alia desuper inserta, verboque peciit et requisivit in et super predictis procedi et enantari juxta dicte littere seriem et tenorem.

Et illico, dictus honorabilis Vicarius de consilio dicti venerabilis sui in hiis Assidentis sive Consiliarii occupatus, ut dixit, in et certa regimen et administracione sui Vicarie officii, recepcione testium per dictum subsindicum super predictis producendo et cum juramentaque et deposiciones eorum, michi dicto Notario et Scriptori jurato comisit.

Et eciam idem honorabilis Vicarius de dicti sui Consiliarii sive Assidentis consilio junxit et mandavit michi dicto Notario et huius cause Scriptori jurato in dicta Curia, quatenus testes producendos et nominandos per dictum subsindicum super predictis, medio juramento quod ipsos testes prestando, interrogarem et examinarem diligenter super contentis in dicta Querela sive Gravamine et cum debitis circunstanciis, et eorum deposiciones fideliter in scriptis redigere. Et cum comissionis et mandati michi dicto Notario et Scriptori jurato per dictum honorabilem Vicarium factis ut desuper continetur fuit per me dictum Notarium et Scriptorem juratum processum, dictis die et anno et instante dicto subsindico processum ad ipsorum testium recepcionem in scriptis sub forma sequenti:

Die lune sexta marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo juravit et deposuit testis sequens, qui citatus fuit die eadem per Gonsalbum Alfonso sagionem:

Venerabilis Guillermus Perayerii, jurisperitus, civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicta Querela sive xxxv Gravamine eidem testi lecto et explanato et aliis de quibus interrogabitur.

E dix ell testimoni: que sobre les coses en la dita Querela o Greuge

contengudes sab ell testimoni de veritat aço: que ell testimoni no una vegada mas moltes ha vist que essent en Barchinona lo Senyor Rey e la sua sacra Audiencia, los algutzirs del dit Senyor Rey e assenyaladameut mossen Johan Eymerich tenien en lurs posades publicament e notoria juhi ho *sitiades*, axi a homens de la ciutat [com] astrangers, e ell testimoni ho ha vist qui diverses vegades hi es estat e hi veye juristes e banchs deça e della e duna gent e daltra. E encara molta gent ques clamavan axi dels homens de la ciutat com fora la ciutat. E lo dit mossen Johan Eymerich fahia aqui publicament juhi com si fos hun Ordinari. E aço sab ell testimoni per tant com ho ha vist diverses vegades e acorde a ell testimoni que quant lo Senyor Rey hich fon ho en lo maig o en lo abril passats que lo dit mossen Johan Eymerich, alguatzir del dit Senyor Rey, tenia la sua habitacio en lo carrer de la Boqueria devant la carniceria de la Ovella e aqui tenia lo dit juhi o *sitiades*, segons que dit ha ja damunt: e aço dix ell testimoni que es axi publich e notori com res puxa esser notori en Barchinona.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, affeccione, amore, odio, ranchore seu per interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus aut malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet in predictis obtinere, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si expectat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi testimonio perhibendo, dixit quod sic per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Eadem die juravit et deposuit testis sequens, qui ipsa die fuit per dictum sagionem citatus:

Venerabilis Berengarius de Muntmany, in Decretis licenciatus, civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicto xxxv Gravamine sibi lecto et explanato et aliis de quibus interrogabitur.

E dix ell testimoni sobre les coses contengudes en la dita Querela ho

Greuge aço saber de veritat: que enguany quant lo Senyor Rey fon en Barchinona ho en lo abril o en lo maig del any passat ell testimoni fon ho dues o tres vegades a casa de mossen Johan Eymerich, alguatzir del Senyor Rey, lo qual possave a la Boqueria. E veu lo dit mossen Johan Eymerich en la dita casa, ço es dalt al mengador, tenia a tot hom publicament, axi entre homens de la present ciutat, com fores la ciutat, juhi o *sitiades* axi com si fos Ordinari ab banchs deça e della. E aço dix que ell testimoni ho sab.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio, amore, timore, ranchore seu pro interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus vel malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus, si sperat habere comodum seu incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus per huiusmodi testimonium perhibendo, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Die predicta juravit et deposuit testis sequens, qui per dictum sagionem fuit citatus:

Discretus Anthonius Dezvern, Notarius, civis Barchinone, testis productus, citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicta Querela sive Gravamine sibi lecto et explanato et aliis de quibus interrogabitur.

E que sobre les coses contengudes en aquella Querela ho Greuge sap aço: que ell testimoni ha vist quels alguatzirs del Senyor Rey quant lo Senyor Rey o la sua Audiencia hic son, specialment mossen Johan Eymerich, tenen en lurs posades juhi e *sitiades*, car ha vist ell testimoni diverses vegades que lo dit mossen Johan Eymerich, alguatzir del Senyor Rey enguany que lo Senyor Rey hic fon ho en abril o en maig en la sua posada que tenia a la Boqueria davant la carniceria de la ovella tenia juhi o *sitiades* ab juristes, e banchs deça e della ahon sehien publicament a tot hom, e axi a ciutadans de Barchinona com a altres persones, e aço dix ell testimoni, ques pus que notori.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, odio amore, timore, ranchore seu pro interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus vel malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si spectat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi testimonio perhibendo, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Dieque predicta juravit et deposuit testis sequens, citatus per dictum sagionem:

Jacobus Baroni, causidicus, civis Barchinone, testis productus, citatus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicta Querela sive Gravamine sibi lecto et explanato et aliis de quibus interrogabitur.

E dix que sobre aquell sap aço ell testimoni: que ha vist diverses vegades que es estat en la posada de mossen Johan Eymerich, alguatzir del Senyor Rey, que lo dit alguatzir en la sua posada que tenia apres la carniceria de la ovella tenia e fahia publicament juhi tenint *sitiades* axi com si fos Ordinari a ciutadans de Barchinona e a uns e altres.

Interrogat com ho sap, e dix: que per ço com diverses vegades hi es estat axi com a Procurador de molts de Barchinona. E veya que lo dit alguatzir fahia juhi entre ciutadans de Barcelona e uns e altres e hi havia ab ell juristes qni sehien aqui per banchs que estaven deça e della e hi havia Procuradors, hoc hi Scrivans, e molta gent e de aquells de la *vergueta,* e ha vist que axi propriament tenia juhi e *sitiades* com si fos Ordinari.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, affeccione, amore, odio seu pro interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus vel malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si spectat habere comodum vel incomodum ex hac causa, et dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi testimonio perhibendo, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Die predicta juravit et deposuit testis sequens, citatus per dictum sagionem:

Discretus Johannes de Pulcrobono, Notarius, civis Barchinone, testis productus, citatns, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicto xxxv Gravamine sive Querela ipsi testi lecto et explanato et aliis de quibus interrogabitur.

E dix ell testimoni que sobre lo dit Greuge o Querela sap aço: que ha vist a hull, ço que en lo dit Greuge es contengut, e assenyaladament de mossen Johan Eymerich qui publicament en casa o posada sua que tenia a la Boqueria tenia sitiades e fahia juhi axi a ciutadans de aquesta ciutat com a altres, e hi havia Jutges, Scrivans e Procuradors, axi com si fos Cort de Ordinari. E ell testimoni vegueix dir a alguns de aquesta ciutat qui davant lo dit mossen Johan Eymerich eren per fer juhi que lo dit mossen Johan no podia fer juhi entre ciutadans, car la ciutat de Barchinona ne havia privilegi.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, affeccione, amore, odio, rancore seu pro interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus vel malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si sperat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi testimonio perhibendo, dixit quod sich per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Dieque predicta juravit et deposuit testis sequens, citatus per dictum sagionem:

Discretus Johannes de Pulcrobono [1], Notarius, civis Barchinone, testis juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super contentis in dicta Querela sive xxxv Gravamine sibi lecto et explanato el aliis de quibus interrogabitur.

E dix aço saber sobre aquell: que ha vist moltes vegades tenir publicament juhi a mossen Johan Eymerich, alguatzir del Senyor Rey, essent hic lo dit Senyor Rey e a casa o posada sua que tenia a la Boqueria juhi publicament a tot hom. E fahia aqui juhi, axi contra ciutadans de Barchinona com daltres, hoc he hi a vists, quant tenia lo dit juhi, Juristes, Scrivans, Procuradors. E uns e altres, axi de Barchinona com de altra part, axi propriament com si fos Ordinari.

Generaliter interrogatus si fuit instructus, doctus, corruptus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si deposuit prece, precio, affeccione, amore et ranchore seu pro interesse aut mala voluntate, dixit quod non.

Interrogatus si est perjurus vel excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si est de parentela vel affinitate partis ipsum in testem producentis, dixit quod non.

Interrogatus si est inimicus vel malivolus alterius partis, dixit quod non.

Interrogatus quam partem mallet obtinere in causa, dixit quod in jure pociorem.

Interrogatus si sperat habere comodum vel incomodum ex hac causa, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus pro huiusmodi testimonio perhibendo, dixit quod sic per quendam sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit [2].

[1] Así consta en el original, sin duda por error en el nombre ó en el apellido de este testigo, ciertamente diverso del anterior.

[2] En el folio 73 vuelto termina el Proceso, quedando el 74 en blanco.

XXXIX [1]

Translatum Processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone, eo quia Vicarius regius ville Tarrage portet baculum.—Raymundus Grau [2].

Jhs.

Noverint universi: Quod cum Illustrissimus dominus, dominus Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie, pro conservacione et tuicione regalis diadematis ac bono statu reipublice Cathalonie Principatus Curiam generalem cathalanis in civitate Barchinone indixisset et ad diversos actus dicte Curie processisset die mercurii XI.ª mensis januarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, convocata et congregata dicta generali Curia in domo capituli Sedis civitatis Dertuse prout alias consuevit congregari, in qua fuerunt presentes de quolibet statu Curie predicte reverendus in Chisto Pater dominus Dominicus Episcopus Ilerdensis nomine tocius generalis Curie obtulit et presentavit eidem Serenissimo domino Regi, in suo regali solio ibidem sedenti, quandam suplicacionem scriptam huiusmodi seriey:

Molt alt e molt excellent Princep e Senyor:

Continuant la suplicacio a Vostra gran Excellencia pus derrerament en la present Cort offerta e per deguda exequcio daquella, suplica la dita Cort que explicant la dita delliberacio per la Vostra gran Senyoria de continent nomenar o elegir Provehidors de Greuges, los quals sien cathalans, segons que per Constitucions de Cathalunya es provehit en Officials regents jurisdiccio e tals que sien de bona consciencia e bona

[1] Archivo Municipal de Barcelona.—Manuscrito de 90 folios; de ellos son útiles 77 y medio formando pliegos enteros, distribuídos en seis cuadernos. El primero comprende desde la portada hasta el folio 17. El segundo del folio 18 al 45. En el folio 33 terminan las actuaciones del Proceso incoado en las Cortes de 1429-30. Los folios 34 al 39 forman un subcuaderno empezando en el 34, sin preceder ningún espacio en blanco ni el epígrafe *Repetitio* á las actuaciones del Proceso instruído en las Cortes de 1431-34. El tercer cuaderno comprende del folio 46 al 67. El cuarto, del folio 58 al 69. El quinto desde el folio 70, en que empieza la *información testifical* practicada por decreto de las Cortes de 1429-30, al 85. Y el sexto, del folio 86 al 90, terminando aquélla en el 87 vuelto y siguiendo en blanco los restantes folios.

[2] Este epígrafe constituye la portada del Manuscrito.

fama e contra los quals no pretena esser donador algun Greuge, com la Cort sia presta, etc. *(Est in processu originali.)* [1]

Subsequenter die veneris decima mensis febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus in Capella Palacii episcopalis civitatis Dertuse personaliter constitutus, fuit oblata per honorabiles dominos Johannem Ros, Johannem Fivallerii et Johannem Buçot Nuncios et Sindicos ac eciam per discretos Johannem de Fontecohoperto et Johannem Ros, Notarios, Sindicos et Procuratores Universitatis civitatis Barchinone Querela in viam Gravaminis tenoris sequentis:

Princeps juste:

Quia Regia Magestas sua solita benignitate consuevit facere reparari Gravamina per suos illustres predecessores et vestram dominacionem illatam suis Universitatibus, vassallis et subditis et eciam per suos Officiales et ministros: Pro tanto, Sindici civitatis Barchinone suplicant humiliter Vestre Sacre Regie Magestati quatenus de et cum consilio Provisorum presentis Curie sua solita clemencia ex justicie debito facere reparari dignetur et ad debitum et justum statum reducere Gravamina que secuntur, et super illis debite providere et in et super eis debite apunctatis et deliberatis per dictos Provisores de congruis provisionem reparacionibus provideri et alia per justiciam administrari.

Et ulterius: cum in villa seu Baronia Tarrage Vicarius regius temporibus retrolapsis et a tanto tempore cura quod eius memoria in contrarium non existit fuerit usus jurediccionem officii sibi comissi extra villam tamen, scilicet, in termino illius, et non intus villam, nisi solum intra quandam domum sibi ad hoc depputatam, et in casibus specialibus quibus puta Processus Pacis et Treuge et similibus, eo tunc dum in dictis casibus loco et termino erat provisum uti jurediccione, portando baculum sive signum regium, tunc tamen quam illos actus qui raro accidunt exercebat tamen et intra domum et extra villam tamen non alias: et sit verum Morato, per Vestram Magestatem isto triennio officio dicte Vicarie provisus, usus fuerit dicta jurediccione alio modo quam sui predecessores usi fuerint et portaverit indistincte dictum baculum intus dictam villam, non solum intra predicta domum, sed eciam extra et per totam villam, utendo eciam pluries jurediccione in aliis casibus quam predictis sibi premissis, immo et ulterius coadequandose in plu-

[1] Consta en el Proceso común de las Cortes de Tortosa de 1429-30. — Véase tomo XIV, pág. 62 de la presente Colección.

ribus aliis Procuratori generali tocius Baronie, prejudicando civitati Barchinone et eius Officialibus, in posse cuius certis titulis Vestre Magestati non ignotus dicta villa et eius Baronia existit, non obstante quod ut a premissis Gravaminibus se obtinere fuerit pluries pro parte dicte civitatis requisitus: Ideo, suplicant dicti Sindici Vestre Sacre Regie Magestati quatenus reparando dicta Gravamina pronunciare et declarare dignetur dictos actus non potuisse nec posse ab inde talia fecisse nec facere, immo omnia in contrarium facta fuisse nulla nulliterque facta et de facto esse revocanda prout de facto facta fuerint, et alia mandare dignetur dicto En Morato ut amodo dictum baculum seu signum regium non portet nec jurediccione officii alias utatur, quam in casibus et locis ac eo modo quam alii sui predecessores ex parte dominacionis regie usi fuerint in dicta villa et ejus termino, taliter ut quilibet Officialis in dicta villa suis terminis contentetur, et facto dicti En Morato dicta civitas non gravetur; in et super quibus omnibus et singulis eorum, suplicant per Vestram Regiam Magestatem de congruo reparacionis et reparacionum remediis provideri et alias complementum justicie ministrari juxta et secundum quod apunctata, delliberata et concordata fuerint per Provisores Curie. Et licet, etc.

Quaquidem Querela oblata in viam Gravaminis, ut prefertur, dicti reverendus et multum honorabiles viri domini Provisores Gravaminum retinuerunt sibi acordium sive deliberacionem super modo procedendi in predictis.

Et die lune que erat XIII.ª die dicti mensis febroarii anno predicto jam lapsis viginti diebus omnibus dare volentibus Gravamina coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus per actum Curie assignatis, convocata et congregata dicta Curia generali in domo capituli dicte Sedis, Illustrisima et magnifica Principissa et domina, domina Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini sui, ibidem in Regio sedens solio, per actum Curie legi et publicari inibi fecit et mandavit provisionem et seu assignacionem sequentem:

[1] La Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor Rey, a tots aquells qui davant los Provehidors dels Greuges en la present Cort assignats dins los vint dies a proposar lurs Greuges prefigits lurs Que-

[1] Véase la nota inserta en la pág. 3 del presente tomo.

reles o Greuges, segons natura de Greuges provehidors, assigne per als dits Greuges de Cort provar e instruhir los dits Greuges per testimonis e attestacions produhir e exhibir devant los dits Provehidors xxx dies los quals xxv dies e xxx dies, compresos los xxv dies, los xxx comencen a correr lo dijous primer vinent e sien continuus, e los xxv se complesquen lo xii dia del mes de març primer vinent, encantant e avisant general e publicament a tot hom que cascun deliber be e haja son bon consell, per forma que va e infructuos carrech de prova e instructio no accepte, e aquell e altres despeses voluntariamente se sotsmeta si la Querella per ell proposada de sa natura no cau sots la conexença e noticia dels dits Provehidors o per qualsevol altra manera no es per aquells adveradora. Com la dita Senyora atorga copia de les dites Quereles al Fisch e als Officials del dit Senyor e a tots altres qui pertocha o sia interes los assigna terme de xxxx dies qui començen a correr lo dit dia de dijous primer vinent pera delliberar *utrum cedant vel concedant* e a respondre si volran les dites Quereles e totes altres excepcions e deffensions lurs proposar, e les dites respostes, excepcions e deffensions e tot ço que diran e proposaran si volran provar e instruir per testimonis o scriptures, e les proves e instruccions produhir e exhibir davant los dits Provehidors. E los salve tot llur dret sobre totes lurs excepcions, deffensions e drets de qualsevol natura o qualitat sien.

E per donar millor expedicio a la conexença e desempatxament dels dits Greuges, de present la dita Senyora atorga a tots aquells qui volran citatories contra aquells a qui les dites Querelles son dirigides, e encara letres opportunes pera reebre testimonis e compulsories pera tots Notaris, Scrivans e persones qualsevol actes, instruments e altres qualsevol scriptures detinents, que les dites scriptures donen e liuren al dits querelants per qui façen o haverles volran pera la sobredita prova e instructio fahedores, les quals de continent en sa Cancellaria mana esser desempatxades e liurades a les dites parts.

Et ex post autem die lune xx.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo cccc.° tricesimo, Johannes Garcia, Virgarius Audiencie domini Regis retulit se ad instanciam dictorum Sindicorum, actorum et Procuratorum intimasse seu notificasse discreto P. Valtanell, Scriptori domini Regis ac Procuratori fischali in causis Gravaminum et aliis inferius nominatis citacionem sequentem, dimittendo eidem Petro Valtanell in scriptis per modum qui sequitur:

De part de la Senyora Reyna, Lochtinent general del molt alt Senyor

Rey e per delliberacio dels Provehidors dels Greuges en la Cort general del Principat de Cathalunya ques celebra en la present ciutat de Tortosa. Com los Missatgers e Sindichs de la ciutat de Barchinona en nom dit hagen donades veres Querelles contra En Pere Valtanell, Scriva del Senyor Rey e Procurador fischal del dit Senyor en los actes dels Greuges assignats e citats lo dit Pere Valtanell en nom damunt dit que lo sisen dia apres la intimacio de la present sia en la ciutat de Barchinona per si o per son substituhit per veure jurar los testimonis per part de la dita ciutat produhidors, e en la ciutat de Tortosa davant los dits Provehidors per respondre a les dites Querelles, e posar e allegar dins xxxx dies qui començaren a correr dijous quis comptava setze del present mes de febrer totes excepcions, deffensions e drets, e aquelles provar e instruir e provades exhibir e provehir davant los dits Provehidors. Quen altra manera seria procehit degudament en la dita causa, la absencia et contumacia del dit Pere Valtanell no obstant. Data Dertuse XIII. die febroarii anno millesimo quadringentesimo tricesimo.

Ceterum die sabbati undecima mensis marcii anno predicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo in dicta aula Palacii episcopalis Dertuse, congregatis circa horam terciam post meridiem reverendo et multum honorabilibus dominis Provisoribus Gravaminum, comparentes jamdicti discreti Johannes de Fontecohoperto et Johannes Ros, Sindici pretacti, obtulerunt et produxerunt quandam posicionem in uno folio papiri scriptam et omnia in eo contenta, quorum tenores sich se habent.

Sindicus civitatis Barchinone ad fundandum XXXVIII Gravamen facientem mencionem de Vicario Tarrage, producit privilegium sive concessionem Serenissimi Regis Jacobi cum abdicat omnem jurisdiccionem Vicario in dicta villa et eius terminis, et illam attribuit solum et in solidum soli Bajulo.

Necnon producit informacionem Tarrage receptam, de mandato Serenissime domine Regine, de consilio vestrum dominorum Provisorum Gravaminum.

Item instrumentum presentacionis citacionis accusans contumaciam dicto Vicario, salvo jure amplioris produccionis.

Produccio.

Noverint universi: Quod die prima mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, in presencia mei Petri Mas, Notarii publici ville Tarrage subsignati et in presencia eciam

discreti Laurencii Perull Notarii ville Cervarie, Guillelmi Trebay mercatoris et Andree Nut agricole, dicte ville Tarrage habitatorum, testium ad hec specialiter assumptorum, vocatorum, rogatorum et adhibitorum venerabiles Petrus Andreu et Johannes Loret Paciarii dicto anno Universitatis ville Tarrage predicte, constitute sub totali dominio ac omnimoda jurediccione civili et criminali insignis civitatis Barchinone domine ipsius ville, vice et nomine, ut dixerunt, honorabilium virorum Nunciorum et Sindicorum civitatis predicte residencium in generali Curia Principatus Cathalonie que pro nunc in civitate Dertuse celebratur, necnon et discretus Simon Canut Notarius velut substitutus Sindicus a venerabili et discreto Johanne de Fontecohoperto, Notario ac Sindico, actore et Procuratore Universitatis dicte civitatis Barchinone: prout constat de dicta substitucione dicto Simoni facta per dictum Sindicum publico instrumento acto Barchinone decima nona die mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo in posse discreti Johannis Franch auctoritate regia Notarii publici Barchinone et clauso per ipsum Notarium et constat de mandato dicti venerabilis Sindici Johannis de Fontcuberta Notarii publici instrumento recepto auctoritate venerabilis et discreti Bernardi Egidii auctoritate regia Notarii publici et Scribe tunc honorabilis Consilii Barchinone die veneris XXVII.ª junii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto auctoritzatoque per nobilem Arnaldum Guillelmum de Bellaria tunc Vicharium Barchinone et Vallensis: existentes personaliter coram venerabili Petro Morato Vicario Vicarie dicte ville Tarrage pro Illustrissimo domino Rege adinvento secus operatorium venerabilis Arnaldi de Michaelis, draperii, quod habet in vico Majori dicte ville Tarrage, obtulerunt ac presentaverunt et legi eidem venerabili Vicario pecierunt quandam patentem reginalem litteram sigillo majori dicti domini Regis in ejus dorso ut suis aspectibus demonstratur sigillatam seriem continentem:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Valencie, Sicilie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comittissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Fideli nostro Vicario Ville Tarrage, salutem et graciam. Cum per fideles nostros Nuncios et Sindicos civitatis Barchinone, coram Provisoribus Gravaminum in generali Curia Principatus Cathalonie que nunc celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis, oblata fuerit quedam Querela de qua vobis copiam clausam et sigillatam ad partem transmittimus cum presenti: Nosque de dictorum Provisorum consilio et delliberacione vos citandum esse decernimus. Propterea, vos tenore

Littera citacionis.

presencium citamus vobisque dicimus et mandamus quod die sexta post huiusmodi presentacione vobis facta vel ad domum, per vos vel ydoneos Procuratorem plene instructum in dicta civitate Dertuse coram dictis Provisoribus compareatis responsurus jam dicte Querele, et ad proponendum et allegandum inter quadraginta dies qui incipient currere die jovis sexta presentis mensis omnes excepciones et deffensiones et jura vestra illa que probandum et instituendum probataque exhibendum et producendnm coram dictis Provisoribus et alia debite processurus in causa dicte Querele usque ad eius decisionem et eciam conclusionem totalem eiusdem inclusive. Alioquin procederetur in dicta causa et ad omnes et singulos actus ipsius usque ad dictam decisionem et totalem conclusionem eiusdem, vestra contumacia et absencia nullatenus obsistentibus. Data in civitate Dertuse die XIII.ª febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarius.»—*In Comuni* XI.º—Item, mox fuit tradita dicto venerabili Vicario per dictum substitutum Sindicum Simonem Canuti Notarium quedam plica clausa et sigillata, cuius suprascripcio est seriey subsequentis: *Tradatur Vicario Tarrage.*—Qua siquidem dicta reginali littera dicto venerabili Vicario presentata, lecta et exposita ac penes se retenta et dicta plica sibi tradita, incontinenti ipse venerabilis Vicarius receptis per prius suis manibus ipsis littera et plica eis, humili ac subjecta reverencia que decuit, dixit verbo se paratum, mandatum ac citacionem in ipsa contentam et factam effectualiter adimplere, omni mora subjecta: de quibus omnibus supradictis sic, ut permittitur, actis et gestis, dicti honorabiles Paciarii dictis nominibus et Simon Canut Notarius constitutus Sindicus qui supra pecierunt et requisiverunt me dictum et subscriptum Notarium eis de premissis fieri et mandari publicum et publica instrumentum et instrumenta, et tot quot pecierint ac voluerint per me dictum et subscriptum Notarium. Que omnia supradicta, gesta et acta fuerunt die et anno et loco predictis presentibus testibus supradictis. Necnon ad ipsorum requirencium requisicionem predictam in mundum redigens eis traditi die quarta mensis marcii et anni predictorum, presentibus ad hec pro testibus vocatis et assumptis Petro de Fochentes et Francischo Ros dicte ville Tarrage habitatoribus.

Sig✠num mei Petri Nas Notarii publici ville Tarrage qui premissis requisitus eaque scribi feci et clausi.

Hoc est translatum factum in villa Tarrage die octava mensis julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo sumptum fideliter a quadam regali et perpetuo statuto facto et ordinato

per Serenissimum dominum Jacobum alte recordacionis Regem Aragonum, ac per humilem supplicacionem Paciariorum et proborum hominum dicte ville Tarrage scriptoque in quadam carta pergamenea sigillo impendenti prefati domini Regis Jacobi, ut suis aspectibus demonstratur, comunito et recondito in domo Consilii predicte ville Tarrage, cuius tenor sequitur sub hiis verbis:—«Nos Jacobus, Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone. Attendentes quod inter Vicarium et Bajulum Tarrage frequenter questiones et dubia nascebantur super utendo jurisdiccione in quibusdam casibus in termino ipsius ville, cum dictus Vicarius intenderet una cum dicto Bajulo in casibus uti debere jurisdiccione in termino dicte ville, quod Bajulo affirmante jurisdiccionem dicte ville et termini sui ad eum solum expectare, et pro parte Paciariorum et proborum hominum ipsius ville Tarrage fuit a Nobis simpliciter postulatum, et ad removendas dictas questiones et dubia inter Vicarium et Bajulum supradictos dignaremur declarare, concedere et ordinare quod amodo Bajulus ipsius ville in eadem villa et eius termino solus omnimodam jurisdiccionem exerceat. Ea propter: ipsorum supplicacioni in hac parte condecentes benigne, cum presenti carta nostra concedimus, statuimus et ordinamus perpetuo quod deinceps Bajulus Tarrage in ipsa villa et eius termino solus omnem jurisdiccionem exerceat, tam civilem quam criminalem, quamlibet spectantem ad merum imperium sive mixtum, et de omnibus negociis civilibus et criminalibus ipsius villa et termini sui cognoscat et ipsa decidat et puniat, dicto Vicario inde penitus excluso. Cognoscat eciam et puniat excessus quoslibet comisos in Vicaria per homines loci inter se vel oontra extraneos seu aliis qualitercumque si per Bajulum dicte ville capiantur antequam per Vicarium antedictum. Mandantes Procuratori nostro ac Vicario Cervarie et Tarrage et aliis Officialibus nostris presentibus et futuris quod hanc concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant perpetuo inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. In cuius rei testimonium huic carte nostre sigillum appendicium Magestatis Nostre jussimus apponendum. Data Ilerde quarto idus julii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septimo decimo. *Exa D.*»—Sig✠num Jacobi, Dei gracia Regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, Comittis Barchinone. Testes sunt frater Guillelmus Episcopus Ilerdensis, Philippus de Saluciis, Guillelmus de Angularia, Berengarius de Angularia, Raymundus de Apilia. Sig✠num mei Francisci de Bastida predicti domini Regis Scriptoris, qui de mandato ipsius hec scribi feci et clausi.

Privilegium Regis Jacobi.

Sig✠num mei Johannis Ferrarii, domicelli, Bajuli et Sindici Ordi-

narii pro insigni civitate Barchinone domina ville Tarrege, qui huic translato a predicto suo vero originali fideliter translato et nobis in sui prima figura per venerabiles Paciarios ville predicte insinuato et cum eo nobis presentis diligenter comprobato auctoritate officii quo fungimur auctoritatem nostram impendimus et decretum ut eidem translato tanquam a dicto suo originali ab omnibus in judicio et extra judicium fides plenaria impendatur appositum hic de nostro mandato die et anno in prima linea dicti translati descriptis per Simonem Canuti Notarium subsignantem ac Scriptorem Consilii ville preambule, presentibus ad hec pro testibus vocatis, assumptis et rogatis Johanne Altello, Ramon Bosch et Jacobo Moros dicte ville Tarrage habitatoribus.

Sig✠num mei Simonis Canuti de villa Tarrage auctoritate regia Notarii publici per totam terram et dominacionem Illustrissimi domini Regis Aragonum qui hujusmodi translatum a dicto suo originali non viciato nec cancellato nec in alia sui parte suspecto sed pocius omni vicio et suspeccione egeno legittime translatum et cum eodem veraciter comprobatum, scripsi ac decretum dicti honorabilis Bajuli et Judicis Ordinarii dicte ville de jussu suo, ut supra patet, apposui et scripsi et clausi.

Sacre Regie Magestati aut Gravaminum Provisoribus in celebri Curia civitatis Dertuse residentibus.

Serenissima Regina:

Vestram patentem litteram simul cum quadam plica papiri in eorum dorsibus sigillum cere virmilie ut primis videbatur aspectibus sigillatas recepi, que michi extiterunt presentate secunda mensis et anni subscriptorum, cuiusquidem littere et plice papiri michi presentatarum series dicte littere oritur sub hiis verbis:—«Maria, Dei gracia Regina Aragonum, Sicilie, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, Comitissa Barchinone, Ducissa Athenarum et Neopatrie ac eciam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, Locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi: Fideli nostro Bajulo ville Tarrage vel ejus locumtenenti dictum officium Regenti, salutem et graciam. Cum fideles nostri Nuncii et Sindici civitatis Barchinone pro interesse dicte civitatis super quadam Querela coram Provisoribus Gravaminum in generali Curia Principatus Cathalonie que nunch celebratur in presenti civitate Dertuse deputatis, causis et racionibus in eadem Querela contentis oblata nonnullos testes vestre jurisdiccioni submissos intendunt producere: dicimus et mandamus vobis, de dictorum Provisorum

consilio et deliberacione, quatenus omnes et singulos testes quos pars dicte civitatis duxerit nominandos super contentis in dicta Querela, cuius copiam ad partem clausam et sigillatam vobis transmittimus cum presenti, et omnibus circunstanciis earumdem medio juramento per eos prestando debito examinetis, et ad dicendum plenam et meram veritatem vice regia compellatis eorumque dicta et deposiciones per fidum Notarium in scriptis redacta, clausa et sigillata quam cicius poteritis, dictis Provisoribus [mittatis], certificantes ipsos quanta dictis testibus erit fides adhibenda. Nos enim per hanc eandem Procuratori fischali regio assignamus, quod post presentacionem huius et citacionis ipsi facte sexta die et deinde continuo horis debitis et assuetis compareat coram vobis ad videndum jurare testes. Ad quorum juramentorum recepcionem nisi comparuerit, ut prefertur, in testium exhaminacionem in cuius contumacia de cetero procedatis. Data Dertuse XIII.ª die febroarii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo. *De Funes,* Vicecancellarius.»—Qua littera michi presentata et per me cum illis humili reverencia, honore et subjeccione quibus decet recepta, obtuli me fore presto et paratum contenta in eadem juxta sui seriem et tenorem adimplere, si et prout per Vestram regiam dominacionem michi tradebatur in mandatis: et volens contenta in eadem ilico ad effectum deducere, feci intimare Raymundo Sischar, Procuratori fischali Curie Vicarie vestre Tarrege per Raymundum Uluga, Nuncium Curie Bajulie, cuius officio ex parte insignis civitatis Barchinone dicte ville Tarrage fungor, quatenus diebus et horis assuetis et sibi per me assignatis ad videndum jurare testes super hiis per me recipiendos, prout in dicta assignacione liquidum est videre assisteret vel eius absencia non obstante per me procederetur ad recepcionem prout michi per Vestram regiam celsitudinem tradebatur in mandatis. Et hiis peractis, confestim honorabili Ludovico Folqueti, in legibus licenciato, Assessore meo et ipso presenti processi ad recipiendum testes michi per venerabiles Paciarios ville pretense nominatos, citatos et productos, deposiciones quorum per Notarium et Scribam Curie mee in scriptis redactas et nemini productas, clausas et sigillatas, et fidem ferentes Vestre regie dominacioni, seu Gravaminum Provisoribus, quod dicte sunt bone fame, vite et honeste conversacionis in quantum humana fragilitas noscere sivit taliter quod dictis et eorum testium deposicionibus fides indubia est totaliter adhibenda. Et altissimus Princeps principum, Rex regum et Dominus dominorum sit in vestri custodia, proteccione, regimine et deffensione plerisque annis. Amen. Scripta Tarrage sexta die marcii anuo a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Justissima Regina:

Vester humilis vassallus, qui cum osculacione manuum atque pedum vestre regie dominacioni et gracie se recomendat, *Johannes Ferrarii, Bajulus ville Tarrage.*

Quibus oblatis et productis, confestim dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores, stantes et perseverantes in prediccionibus et assignacionibus predictis mandarunt predicta inseri et continuari in presenti originali processu.

Post predicta autem die lune XXVII.ª marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringetesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum honorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus, comparuit venerabilis Petrus Valtanell, Procurator regius sive fischalis, et obtulit et produxit sequencia in scriptis:

Procurator fischalis repetit et dicit eaque dixit in asserto Gravamine pro parte civitatis pro lezda Cauquiliberi et requirit continuari usque ibi: Item, non venit cognicio privilegiorum et regiarum contestacionum cum de ipsis et eorum viribus: dicit, quod eaque sunt facultatis solum a tempore contradiccionis prescribuntur.

Dicit eciam: quod eciam ex contentis in asserto Gravamine perpenditur, quod Vicarius quisque pro libero sue voluntatis utitur insigniis portandi *basto* et ita solito est praticari intus dictam villam et extra.

Dicit ulterius: quod in Baronia de Balaguer et Montisalbi et alibi in quibus regii Officiales resident et habent sedem, sicuti in vila Tarrage utuntur jurisdiccione sibi pertinenti, et non alia, et nichil de contraria dicitur et mostratur in specie saltim.

Dicit ulterius: quod de hiis fuit offerta provisio per dominum Regem que pro parte civitatis fuit emparata et partibus civitatis et Fisci audita fuit expedita, quam provisionem et actus pro hiis facientes nominat et producit si et in quantum faciunt pro eo Fisci Procuratore.

Dicit ulterius: quod pro parte civitatis nichil productum seu positum fuit cur dominus Vicarius uti non possit insignia portandi *basto.*

Dicit ulterius: quod est expediens ymmo necessarium dicto Vicario portandi *basto* alias per ignotos in casibus pertinentibus sue jurisdiccioni de facili posset offendi.

Dicit insuper: quod si Vicarius regius se coequat Officiali civitatis, ne mirum; ymmo habet sub scilencio transire posse ymmo forsan et sine dubio potest quod debet precedere; sed sufficiant hec dicta quod ad hoc caput.

Dicit ulterius: quod requisita in dicto Gravamine pocius graciam seu concessionem privilegii desiderant quam Gravaminis reparacionem, que vobis dominis Provisoribus non pertinent.

Ideo, ex dictis causis et alis lacius dicendis, Fisci Procurator petit et requirit dictum assertum Gravamen repelli et partem civitatis condempnari in omnibus expensis factis et fiendis de quibus protestatur et alias in hiis jus et justiciam sibi fieri et administrari.

Tenor autem cedule sive posicionis pro parte dicti Procuratoris Fisci supra in precedenti cedula nominate et producte et quam in Querela oblata pro parte civitatis Barchinone, pretextu lezde Cauquiliberi produxit, dixit et posuit et quam idem Procurator Fisci in huiusmodi processu et aliis processibus inseri voluit et continuari, talis est:

Sub protestacionibns jam dictis et ponitis pro parte dicti Procuratoris fischalis, hic habitis pro repetitis, dicit: quod per dicta seu dicenda non intendit in aliquo vos reverendum et honorabiles dominos Provisores consentire nisi si et in quantum de jure teneatur. Dicit eciam: quod ubi jurisdiccio seu cognicio datur sub expressione alicuius qualitatis oportet quod constet prius de illa qualitate, maxime quod illa qualitas denegatur jurisdiccio seu cognicio ante vobis, dictis dominis, datur super Gravaminibus. Multe autem Querele date fuerunt et oblata coram vobis ymmo et forsan quod omnes que nec sunt Gravamina juris ac de more et observancia in Curiis Cathalonie practicata. Hoc autem non discusso constat, vos non habere, loquendo cum honore, jurisdiccionem. Et ita hoc exceptive proponere et quod per hoc non intendit Fisci Procurator jurisdiccionem vobis tribuere vel datam prorogare sed ut sindicus illam evellat et ante omnia hec purificare et decerni debent per vos seu per dominum Regem ad quem spectet. Et ita ante omnia Fisci Procurator decerni postulat et requirit in qualibet Querela seu pretenso Gravamine in secus agendis nullatenus consenciens. Immo in eo casu protestatur de nullitate, dicto honorabili repetito, et de aliis juris remediis.

Dicit eciam: quod Gravamina in Curia admittenda sunt vel dicuntur cum de facto et sine cognicione aliquali aliqua innovacio fit vel intemptatur per dominum Regem vel eius Officiales contra aliquem contra jura patrie vel comunia. Et hoc est juri et racioni consonum et ita praticatum fuit in Curiis Cathalonie tentis et celebratis per Illustrissimos dominos Reges Aragonum et de hiis de causa cognita decisum vel declaratum extitit.

Item, convenerunt reici et pro Curia Gravaminibus minime reputari illa de quibus lis pendet coram domino Rege vel alio Judice inferiori sicuti in nostro casu de quo lis pendet. Et est in cauculo sentencie ut

pars civivitatis Barchinone asseruit in quo Gravamine asserter et signanter in oblato coram autem Provisoribus in Monasterio Sancti Cucuphatis et alibi tunc residentis quod incipit: *Coram vobis reverendo,* etc. quod et eciam processum per hiis actitatum Fisci Procurator nominat et producit si et in quantum pro eo facient.

Item, non dicuntur Gravamina cum dominus Rex aliquam concedit de gracia, etc. aliqua causa que suum animum movet illa revocat eciam de facto, maxime cum sunt mutuaria, ymmo talia consueta sunt reici et pro Gravaminibus Curiarum minime haberi.

Item, non dicitur Gravamen Curie ubi interesse vertitur partis private presertim ubi interesse privatum est principale. Et istud est consonum juri et racioni et ita est in aliis Curiis praticatum, et ideo inter alia quia sentencia lata in hoc casu non teneret privatum in hoc autem asserto Gravamine interesse eciam principale est multorum de quibus et de quorum juribus constat per discursum dicti processus.

Item, non veniunt de cognicione vestrorum dictorum dominorum id quod est de regalia Principis quia talia non veniunt in verbo generali nec agrediuntur Principis personam. Et ita fieri est usitatum, etc.

Necnon dictus regius Procurator sive fischalis obtulit litteram proxime inferius insertam et quandam aliam cedulam, quorum tenores per ordinem sich se habent:

Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Ceritanie. Fideli nostro Petro Murato, Vicario ville Tarrage, salutem et graciam. Percepto noviter quod eo quia vos dictus Vicarius per villam predictam incedendo baculum qui in signum preheminenciis jurisdiccionis nostris datur Officialibus non affertis. Nonnullis presertim exteris et personis innotis istud declinantibus, prebetur occasio vos irreverenter tractandi, ymmo eciam resistendi in nostri aliquale atrimentum et neglectum Regie Magestatis predicte: ita, cupientes obviare atque providere pro posse, vobis dicimus et distincte precipiendo mandamus de certa sciencia et expresse sub incursu nostre indignacionis et ire penaque quingenternum florenorum auri ac privacione dicti vestri officii: quatenus amodo per dictam villam Tarrage ac alia loca jurisdiccionis vobis comisse durante temporis regiminis dicti vestri officii predictum baculum, tanquam insigne jurisdiccionis et officii vobis comissorum, ducatis pro casibus tamen vestre jurisdiccionis pertinentibus. Ideo, ut nullus se valeat ignorancia excusare

nec propterea tribuatur quispiam excussabilis occasio resistendi aut vos per eos minus reverenter tractandi, Nos enim ad cautelam uberiorem ipsum baculum ducendi vobis pro casibus nostre jurisdiccioni pertinentibus, ut prefertur, vestri regiminis tempore perdurante, potestatem plenissimam conferimus cum presenti quibusvis impedimentis et aliis contrariis nullo modo obsisturis. Data Valencie XXVIII die madii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo. — *Pelegri.*

Multa Gravamina seu verius Querele, etc. hiis que fuerunt oblata seu oblate coram Provisoribus Sancti Cucuphatis fuerunt hic repetita unde Procurator fischalis eciam hic dat, repetit et offert, et pro datis, oblatis et repetitis vult habere omnes excepciones, deffensiones et alia quecumque jam in dictis processibus pro parte Curie oblatis. Necnon producit quecumque instrumenta, scripturas et alia documenta ibidem producta vel mencionata, et pro datis et productis vult haberi coram vobis dominis Provisoribus.

Ulterius: cum in dictis processibus sint plures sentencie late et declaraciones que non tantum faciunt ad causam super qua vel occasione cujus sunt late, sed eciam ad alias causas cum sunt late in hiis que sunt juris, ut pote declaratorie, quod non continent Gravamen que faciunt jus ad alios, dictas sentencias producit Procurator fiscalis in presentibus causis et Querelis et in unaquaque causarum quantum pro ea faciunt et non in plus, maxime cum potestas dictorum Provisorum est ita lata quod sapiebat jus et pro actu Curie habebatur, ut dicitur. Non minus dicit pars Curie quod in singulis Querelis coram vobis faciunt quamplurima producta de quibus non potuit haberi copia nec potest usque nunc facto scriptorum processuum, et eo quod in processibus nondum sunt continuata et sic est impossibile quod pars Fisci possit eis satisfacere, attenta brevitate temporis et jam Procurator fischalis coram vobis pluries dixit verbo et exposuit in Querela. Pro tanto, Procurator fiscalis petit et requirit et protestatur quod magis tempus sibi tribuatur, quam maxime quia parti actrici que jam eciam magno tempore veniebat et venire poterat instructa fuerint dati viginti quinque dies et amplius et parti Fisci que est rea et que favorabilior est in dilacione, solum fuerunt dati XV que fuit dispossita currere, non spectato quod pars Fisci habuerit copiam productorum, quod exorbitat ab equitate judiciali et ab omni juris tramite, salva reverencia dominorum Provisorum: alias protestatur quod non stat per Procuratorem fischalem nech per suos advocatos, sed per vos dominos Provisores, et de nullitate et omni pleno jure et interesse de quibus cum debita reverencia protestatur: requirens

hanc inseri in quolibet processu et ad partem confici publicum instrumentum.

Quid plura? Vos honorabiles domini Provisores estis solum cognitores Gravaminum Curie et eciam comissione et aliis per dominnm Regem et dominam Reginam actitatis demonstratur et alias ex generali consuetudine, usu et observancia Curiarum est usitatum, consuetum et stilatum, ut ergo et vos et partes sint relevate a laboribus et expensis et inquietacione inutili, Procurator fischalis petit et requirit ante omnia per vos decerni seu declarari vel verius per dominum Regem de vestri Consilio quod Querele de oblatis possunt dici Gravamina Curie vel non, et quod Querele que non continent Curie Gravamen repellantur et remittantur ad judices suos, quoniam in eis non defficiet justicia domini Regis et Officialium suorum, admissis aliis que continebunt Curie Gravamen, super quibus est contentus Procurator fiscalis quod fiat provisio et reparacio qualis decet.

Ulterius: quia multa sunt documenta que non potuerunt devenire in manibus Curie, Procurator fischalis, quecumque documenta, processus et scripturas quas in futurum reperient, protestatur quod illa possint produci et hic producit et vult jam haberi pro productis hic in singulis processibus, super justificacione quorum poterit adaptari necnon prachmatichas, statuta et ordinaciones super juribus regiis factas et editas.

Quid ultra? Cum multe sint Querele in quibus vertitur interesse partis private habita racione ante omnia an contineant Gravamen et si potest dici Gravamen, Procurator fischalis, pro defensione Curie, offert et producit quecumque oblata et producta per partem privatam quantum pro parte Fisci faciant et non plus petens ita continuari.

Amplius dicit Procurator fischalis: quod si alique Querele apparent in quibus non esset specialiter responsum vel propter multitudinem et confusionem Querelarum vel propter oblivionem, tamen quia non merentur speciale responsum vel eciam quia non potuit dari eo quia non monstratur ad presens ofensa, cum non possint haberi producta, ipse idem Procurator negat contenta in eisdem quantum faciant vel facere videantur contra Fiscum, requirit ante omnia examinari et videri an cedant dicte Querele in Gravamen vel non, cum hoc sit prejudiciale et deserviat ad relevacionem parcium et laboris vestri dictorum Provisorum et quod eciam si sibi videbitur in quocumque possit singulariter ponere et respondere: et ita protestatur Procurator fiscalis.

Et cum predicta concernaut unumquodque processum requirit in quolibet continuari et poni cum ita sit de justicia faciendum.

Quibus cedulis oblatis, dicti reverendus et multum honorabiles viri

domini Provisores Gravaminum mandarunt illas inseri et continuari, scilicet, primam in presenti originali processu et ultimam in isto eodem processu et in aliis processibus tangentibus Fiscum regium, stantes et perseverantes in prediccionibus, assignacionibus et salvitatibus per dictam Illustrissimam dominam Reginam factis et superius jam insertis.

Et ipsa eadem die lune vicesima septima marcii anno predicto coram dictis reverendo et honorabilibus dominis Provisoribus in dicta Capella Palacii episcopalis personaliter constitutus, comparuit prefatus Johannes de Fontecohoperto Sindicus qui supra, qui obtulit in scriptis in quadam papiri cedula sequencia:

Quia partes que Gravamina obtulerunt certum et limittatum terminum habuerunt ad offerendum eorum Gravamina et ad producendum testes et instrumenta et alia documenta, quem terminum eis prorogari nullo modo obtinere potuerunt, licet aliqui debitam facerent justiciam, et ex justis immo justissimis causis; quapropter cum die ista labatur terminus honorabili Procuratori fischali et aliis omnibus contra quos oblata fuerunt Gravamina ad dicendum, allegandum et producendum et probandum contra illa, petit Sindicus civitatis Barchinone accusando dictum honorabilem Procuratorem fischalem et alios contra quos oblata fuerunt Gravamina pro parte dicte civitatis contumaciam si et in quantum potest et sibi liceat, petit, supplicat et requirit aliam dilacionem seu alium terminum dicto honorabili Procuratori fischali et aliis predictis non dari seu modo aliquo prorogari, cum jam prolixum tempus habuerit et in judicio equalitas sit servanda, in secus agendis non consenciens.

Quibus oblatis, dicti reverendus et honorabiles domini Provisores mandarunt predicta continuari in omnibus processibus tangentibus civitatem Barchinone. Et nichilominus dixerunt quod stabant et perseverabant in assignacionibus, prediccionibus et salvitatibus per dictam dominam Reginam supra factis.

Demum autem die lune x.ª aprilis anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo coram dictis reverendo et multum hohonorabilibus dominis Gravaminum Provisoribus in Capella Palacii episcopalis Dertuse congregatis, comparuit dictus venerabilis et discretus Johanne[s] de Fontecohoperto, Notarius, Sindicus dicte civitatis Barchinone et obtulit et produxit coram eis quandam papiri cedulam scriptam et continuatam huiusmodi seriey:

Serenissima Regina:

Sindicus civitatis Barchinone obtulit nonnulla Gravamina in Curia que per Serenissimum dominum nostrum Regem et nunc per Vestram Magestatem, ut Locumtenentem, celebratur, in quibus Gravaminibus dictus Sindicus fecit aliquas producciones que Procuratori fischali fuerunt comunicate et illas vidit, et advocati fischales, et recognoscunt ad libitum quociescumque volunt, et dictus Procurator fischalis fecit eciam aliquas producciones pro fundanda intencione sue partis et aliquas cedulas obtulit, de quibus dictus Sindicus nondum potuit habere eopiam et cum judicium non debeat claudicare: Suplicatur Vestre Magestati humiliter quatenus dignetur copiam dictarum cedularum pro parte Fisci oblatarum et produccionem illius Sindico concedere et mandare ut dictus Sindicus cum suis advocatis super jure dicte civitatis deliberari valeat cum nemini parcium copiam auctorum debeant denegari. Que licet justa, ad graciam reputabit.

Et oblata preinserta supplicacione sive papiri cedula, dicti reverendus et multum honorabiles domini Gravaminum Provisores, stantes et perseverantes in prediccionibus et salvitatibus et assignacionibus per dictam dominam Reginam supra factis, mandarunt eandem papiri cedulam inseri et continuari in presenti originali processu, copiam de eadem utrique parti concedendo.

Translatum [*recepcionis*] *testium* [1].

Jhs.

Die intitulata tercia mensis marcii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo discretus Anthonius de Muntalt, Notarius, testis citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat super hiis de quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus què sab ell testimoni sobre les coses contengudes en lo Greuge a ell testimoni de paraula lest, e dix: que sta en veritat que ell testimoni sta en la vila de Tarrega e es habitant en aquella be ha vint anys, e que dins aquest temps ha regit la Scrivania de la Vegueria, be pot haver de nou an x anys, e que ell testimoni no ha vist que los Veguers, qui ladonchs regien lo dit offici de la Vegueria, exercicen offici algu, sino en la casa de la dita Vegueria e fora lo terme per via de So metent seguint los malfeytors, e axi com en Pau e Treves e

[1] Este epígrafe encabeza el folio 70, quedando en blanco toda la parte restante del mismo.

So metent segons dessus ha dit: e que durant lo regiment de cascun dels dits Veguers ell testimoni no ha vist que Veguer portas basto per la vila: e sab be ell testimoni que lo honorable En Guerau Çatorra stant Veguer de la dita vila attempta de portar basto, e la vila feu hi instancia en Barchinona e lo dit En Guerau cessa de portar lo basto.

Interrogat quants Veguers hi ha vist ell testimoni e dix: que ha vist Veguer En Johan Farlo, e per dos triennis lo honorable En Johan Ferrer e En Johan Dolivella, En Guerau Çatorra, En Berenguer Borraç e ara En Morato.

Interrogat si negu daquells ha vist portar ell testimoni basto e dix: que no, sino en los casos damunt dits. E ara En Morato quel ha portat el porta per vigor de una provisio real que lo Senyor Rey li feu.

Interrogat si los Veguers passats han acostumat de portar basto e dix: que hoyt ho ha dir e dix que ha hoit dir a tots los antichs que may Veguers passats nan acostumat ni nan portat jamay, encara que la vila fos real, sino en los cassos desus expresssats.

Interrogat ell testimoni aqui ho ha hoit dir, e dix: que tots aquells qui son en la vila axi antichs com jovens o a la major part.

Interrogat si sab ni ha hoit dir que per part de la ciutat ni de aquesta vila li sia stat protestat al dit En Morato que no portas ni no innovas de portar basto, e dix: que hoc.

Interrogat si ell testimoni sab ni ha hoyt dir qui protesta ni dona lo protest, e dix: que lo Sindich de la vila e lo Sindich de la ciutat de Barchinona.

Interrogat si ell testimoni sab qui era lo subsindich, e dix: que no li recorda.

Interrogat com ho sab ell, e dix: que per ço ho sab, com en aquell temps ell testimoni regia la Srivania de la Vegueria e vehe los translats dels protests.

Interrogat si ell testimoni sab ni ha hoit dir que per los dits protests haja jaquit lo dit basto lo dit Veguer, e dix: que nol ha jaquit, ans lo continua de portar.

Et generaliter fuit interrogatus si deposuit odio, amore, timore, etc., et dixit quod non.

Interrogatus si est excomunicatus, et dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sich per Raymundum Uluga, Nuncium Curie dicte Bajulie.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Eadem die et anno quibus supra discretus Petrus Mas, Notarius ville

Tarrage, testis citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus que sab ell testimoni en les coses en lo Greuge contengudes, lo qual ell testimoni ha legit, e dix: que a ell testimoni acorda que los Veguers qui son stats en regir lo dit offici de la dita Vegueria no han acostumat de portar basto publichament per la vila. E de aço ell testimoni ha remembrança de be cinquanta dos anys e dins aquest temps nols na vist portar, ni ho ha hoit dir quen portassen, sino axi com es, en fet de comparicions son fetes, e axi mateix com lo Veguer es tornat de So metent vassen a la sua Cort e posa aqui lo dit basto.

Interrogat de quins Veguers ha remembrança ell testimoni que hagen regit lo offici de la dita Vegueria, e dix: que den Johan de Mallorques stant la vila del Senyor Rey, den Galceran de Manresa, den Miquel Canut, den Nicholau Sallent, den Johan Ferrer, den Pere Mola, den Johan de Faullo, den Johan Dolivella, den Berenguer Borraç e den Guerau Çatorre, Senyor de Fonolleres, que negu de aquests, ara fos la vila del Senyor Rey, ara fos de Barchinona, ell testimoni non ha vist portar sino en la forma e manera que dessus ha dita.

Interrogat e si En P. Morato ara Veguer ha vist portar lo dit basto des que te lo dit offici, e dix: que hoc e que aquell basto continua tots jorns de dia e a vesprades axi en la forma que lo Batle de aquesta vila fa.

Interrogat si al dit En Pere Morato per algu de aquesta vila es stat protestat per tenir lo dit basto, e dix: que hoc que ho ha hoit dir que per lo subsindich de la ciutat de Barchinona e per lo Sindich de la vila li es stat protestat. Per ço, com no es acostumat de portar basto per la vila ne per son terme sino en la forma que dit ha dessus, car aqui no ha jurediccio en la vila ni al terme no cal portar basto, car lo Veguer no ha jurediccio sino tant solament dins la sua Cort, pero quen remet en lo contracte de la compra que Barchinona feu del dit Senyor de la vila de Tarrega.

Interrogat si ell testimoni sab ni ha hoit dir qui eren aquells qui feren lo dit protest al dit Veguer, e dix: que ja ho ha dit que lo subsindich de Barchinona, ço es, En Simon Canut, Notari, e lo Sindich de la vila, pero ell testimoni no sab qui es; e als, ell testimoni dix que no y sab sino ço que dit ha dessus.

Interrogat com sab ell testimoni les coses que ha deposades dessus, e dix: que per ço com ho ha vist en joventsa e en vellesa.

Interrogatus si deposuit odio, amore, timore, etc., et dixit quod non.

Interrogatus si est excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sic per Raymundum Uluga, Nuncium Curie Bajulie.

Interrogatus si fuit instructus, doctus vel subornatus, dixit quod non.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Honorabilis Ludovicus Folqueti, in legibus licenciatus, testis juratus, citatus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus que sab ell testimoni en les coses en lo dit Greuge contengudes, a ell testimoni de paraula en paraula legit, e dix: que sta en veritat que ell testimoni, despuys que es en aquesta vila que ha mes de xxxv anys, ha tengut la assessoria de la dita Vegneria gran temps, hinch ha vist Veguers, En Galceran de Manresa, En Pere Mola, En Miquel Canut, En Nicholau Sallent, En Johan Amanos, En Johan Dolivella, En Johan Ferrer, En Johan de Faullo, En Berenguer Borraç, als quals ell testimoni stant Assesor de la Vegueria ni no essent Assessor, may veu portar basto als dits Veguers ni sotsveguers ni lochtinents de aquells, sino en los casos permesos per les regalies del Senyor Rey, ço es, com alguns compares per processos de Pau e Treva lavors lo portava lo dit Veguer dins la Cort sua solament o defora per menar los a la preso los delats, axi matex e si So metent hi hagues lo portava defora la vila e per tota la Vegueria seguint lo So metent e lavors portava lo basto fins era tornat en la vila e lavors lo dit Veguer jaquia lo basto en la sua Cort.

Interrogat si ell testimoni sab ni ha hoit dir que antigament los dits Veguers hagen acostumat de portar basto per la vila, e dix: que non portaven, nin han acostumat de portar. Be ha hoit dir que En Guerau Çátorre lo volch portar. Mas tantots li fon protestat per la vila e per la ciutat e de continent jaquil.

Interrogat si En Pere Morato ara Veguer o usant lo offici de la Vegueria haja portat basto per la vila nil acostum de portar, e dix: que hoc sus axi, com lo Batle fa.

Interrogat si li es stat protestat, e dix: que hoc, axi per part de la ciutat com per part de la vila, segons que en los protests apar. Axi matex lin fonch parlat per alguns amichs del dit Veguer que nol portas en greuge de la vila e que lo dit Veguer respon que nol jaquiria que provisio tenia del Senyor Rey.

Interrogat si ell testimoni ha vist ni ha hoit dir que lo dit En Morato, Veguer, se sia volgut aguallar ab lo Procurador de la ciutat no usant

del offici, e dix: que hoc moltes vegades se metia a la man dreta e se metia primer.

Interrogat com sab les coses que deposades ha, e dix: que per tant ho sap com ha tengut lo offici de la assessoria be xxv anys hen ha vists, e axi matex quen ha hoit dir als antichs per lo temps passat, no solament de tant com la ciutat la posseheix e mes encara del temps que la vila era Real.

Et generaliter fuit interrogatus si deposuit odio, amore, prece, precibus, etc., dixit quod non.

Interrogatus si fuit instructus, doctus vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatns si est excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sic per Raymundum Uluga sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Eadem die et anno quibus supra honorabilis Johannes de Riubragos, jurisperitus, testis citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus que sab ell testimoni en les coses en lo dit Greuge contengudes, a ell testimoni de paraula en paraula legit, e dix: que ell testimoni com a Assessor de la dita Vegueria de Tarrega per XII anys ha vist que los Veguers anaven sens basto per la vila sino tant solament en la casa de la Cort, exceptat que si hi havia comparacio de Pau e de Treva e de So metent, en altra manera non portava.

Interrogat quals Veguers han regit en aquesta vila de que ell testimoni es en la vila, e dix: que En Johan de Faullo, En Johan Dolivella, En Guerau Çatorre, En Johan Ferrer, En Berenguer Borraç e ara En Pere Morato, los quals ell testimoni may veu portar basto, sino ara En Pere Morato, lo qual lo ha portat el porta tots jorns de dia e de nit.

Interrogat si sab ell testimoni ni ha hoit dir que al dit En Pere Morato ara Veguer sia stat protestat per raho del dit basto que portava, axi per lo interes de la ciutat com de la vila, e dix: que hoc moltes vegades.

Interrogat per qui, e dix: que per la vila e per hun subsindich de la ciutat.

Interrogat si per vigor dels dits protests lo dit En Pere Morato ses stat de no portar lo dit basto, e dix que no, ans lo continua de portar, car dix que lo Senyor Rey le y mana quel portas.

Interrogat si sab ni ha hoit dir que los Veguers passats no hagen acostumat de portar basto, e dix que no, que ell sapia, ni ho ha hoit dir que may ne hagen portat, sino aquest qui ara es Veguer.

Interrogat com sab les coses que deposades ha ell testimoni dessus e dix; que per ço ho sap: com ell testimoni es stat Official del Veguer e ho ha hoit dir per la vila, e que may no hoi dir quen portas de basto, e aço pertant com lo dit Veguer no usa en la vila ni en lo terme sino en la manera que dit ha dessus.

Interrogat si deposa per odi, ranchor, mala voluntat, etc., dix que no.

Interrogat si es vedat, dix que no.

Interrogat si es stat instruhit ni subornat, dix que no.

Interrogat si es stat pagat ne si deposa per preu o pregaries, dix que no.

Interrogat si fuit citatus, dix que hoc per Ramon de Uluga, Missatge de la Cort del Batle.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Honorabilis Jacobus de Niubo, jurisperitus, testis citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus, que sab ell testimoni en les coses en lo dit Greuge contengudes, a ell testimoni de paraula en paraula legit, e dix si saber sobre lo portament del basto, que ha vist desque ell testimoni es en la vila de Tarrega que negun Veguer no portava basto sino en los casos de Pau e de Treva e de So metent. Be es ver que veu ell testimoni que lo honorable En Guerau Çatorre, Veguer lladonchs, lo porta qualque hun mes e apres fonch lin parlat per los Pahers de la vila e pregat per ell testimoni, qui era Assesor del Batle, rahonantli que los altres passats Veguers non habien portat, e axi que ell non volgues res innovar: e de fet lo dit En Guerau Çatorre posa lo basto.

Interrogat si ell testimoni lo ha vist portar En Pere Morato, Veguer, e dix, que hoc e encara lo porta per vigor de una provisio del Senyor Rey.

Interrogat sobre les altres coses de la dita Querela o Greuge contengudes fonch interrogat, e dix que no y sab res.

Interrogat[us] si deposuit odio, amore, timore, precio, precibus, etc., dixit quod non.

Interrogatus si est excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit instructus, doctus, vel subornatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sich per Raymundum Uluga sagionem.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Dicta die discretus Poncius Moratell, Notarius, testis citatus, juratus

et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus que sab ell testimoni en les coses en lo dit Greuge contengudes, a ell testimoni de paraula legit, e dix esser ver que per algun temps ell testimoni ha vist portar lo dit basto e ha portat continuament, de que dix lo dit En Morato quen havia provisio del Senyor Rey: saul empero que ell no ha vist ni ha hoit dir quel dit Veguer haja exercit en la vila de Tarrega ni en lo terme de aquella, sino en lós actes acostumats. Sobre les altres coses contengudes en los dits Greuges no y sab res, qual anava primer, o lo Procurador de la ciutat o lo dit En Morato.

Et generaliter fuit interrogatus si deposuit odio, amore, precio, precibus, etc., dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sic per Raymuudum Uluga sagionem.

Interrogatus si fuit instructus, doctus vel subornatus, dixit quod non.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Die intitulata quarta mensis marcii anno predicto Johannes Altello, testis citatus, juratus et interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus si ell testimoni sab, ni ha hoit dir, que los Veguers passats daquesta vila desque ell testimoni ha membrança portassen basto publichament per la vila ne usen de jurediccio en aquella ne en son terme despuys que la dita vila es de la ciutat ni de abans, e dix: que ell testimoni ha membrança de L anys e mes que may veu ni ha vist portar basto al Veguer Real, sino avegades com havia exarcir quelque proces de Pau e de Treva, o per So metent, e lavors ab son basto seguia los malfeytors per lla on ni en aquella part on fogien. En aquelles hores com la comparicio ere feta dels comparents de Pau e de Treva, o era tornat del So metent, posava son basto dins la casa de la sua Cort on ha jurediccio tant solament.

Interrogat quins Veguers ell testimoni ha vist en regir la dita Vegueria, e dix, que en lo temps que era Real la dita vila, veu ell testimoni que En Johan de Mallorques era Veguer, En Jacme Ferrer, Senyor de la Mora, e daltres que may, sino en la manera dessus dita, non ha vist portar a negu. E apres membra a ell testimoni que vench apres En Galceran de Manresa, En Nicholau Sallent, En Miquel Canut, En Pere de Peremola, En Johan Ferrer, En Johan de Faullo, En Johan Dolivella, En Guerau Çatorre, En Berenguer Romaç, e que negu de aquests non

portaven sino en la manera que dit ha dessus. Be li acorda, com prenien loffici, lo tenia, e tantost com eren a la sua Cort, posava lo basto.

Interrogat si En Pere Morato ara Veguer ha vist portar lo dit basto depuys que te loffici de la Vegueria, e dix, que hoc continuadament de nit e de dia, axi com lo Batle, e que per li hagen dit ni per protests que li hagen fets, no sen es volgut star.

Interrogat si sab ni ha hoit dir qui protesta al dit En Pere Morato jaquis de portar lo basto pus jurediccio alguna no havia dins la vila de Tarrega ne de son terme, e dix, que lo discret En Simon Canut, subsindich de la ciutat de Barchinona, e lo Sindich de la vila de Tarrega per lo interes de la dita ciutat e de la vila.

Interrogat com sab les coses que deposades ha dessus, e dix que per ço com ho ha vist e axi matex com ho ha vist en la manera que dit ha dessus.

Generaliter fuit interrogatus si deposuit odio, amore, timore, precio, etc., dixit quod non.

Interrogatus si est excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sich per Raymundum Uluga sagionem.

Interrogatus si fuit instructus, doctus, etc., dixit quod non.

Fuit sibi lectum et perseveravit.

Honorabilis Berengarius Borraç, testis juratus, interrogatus dicere veritatem quam sciat in et super quibus interrogabitur.

Et primo fuit interrogatus que sab ell testimoni sobre les coses en la dita Querela o Greuge contengudes, de paraula en paraula a ell testimoni legit, e dix que a ell testimoni recorda que ha vists Veguers en aquesta vila En Johan Ferrer, En Johan Dolivella, En Guerau Çatorre e daltres que may no ve que portassen basto continuament per la vila sino solament exercint officis de Paus e de Treves e de So metent, e altres regalies Reals e apres ell testimoni es stat Veguer tres anys de la dita Vegueria, que per seguent ell informat que los altres non portaven, ni era acostumat sino en la forma e manera que havien los altres Veguers acostumat, ço es, en Paus e Treves, e ha fet ell testimoni, que com ell testimoni tenia comparicions a la Cort de la Vegueria per citaments de Pau e Treva, com metia homens en la preso portava lo basto, e com los havia mesos en la preso tornaven sen a la sua Cort e posava lo basto dins la sua Cort e nol portava. Be es ver, que mossen Bisbal, algutzir de les monedes, feu anar a ell testimoni a Sancta Clara on deyen que havia artelleries de fer falssa moneda, e ell testimoni pres

lo basto e ana y ab lo dit algutzir, e com hac fet son exercici, tornassen a la sua Cort e posa lo basto. Be es ver axi matex, que portava ell testimoni en la ma hun troçet de dart de qualque dos o tres pallms.

Interrogat si ell testimoni ha vist que En Pere Morato, ara Veguer haja usat, axi los altres passats, de portar basto, e dix, que no u ha vist axi, com los altres non portaven, sino en los casos damunt dits e ell han portat continuament.

Interrogat si es stat protestat al dit En Pere Morato per negu per raho del dit basto, e dix: que hoc per la ciutat e per lo Sindich de la vila de Tarrega.

Interrogat com sab les coses que dites ha dessus, e dix: que per ço ho sab com ho ha vist.

Generaliter fuit interrogatus si deposuit odio, amore, timore, etc., et dixit quod non.

Interrogatus si est excomunicatus, dixit quod non.

Interrogatus si fuit citatus, dixit quod sic per Raymundum Uluga sagionem.

Interrogatus si fuit instructus, doctus vel subornatus, dixit quod non.

Fuit sibi lectum et perseveravit [1].

[1] Este proceso termina en el folio 87 vuelto. Siguen en blanco los folios 88 al 90 inclusive.

ADICIÓN AL TOMO I

PARLAMENTO DE BARCELONA DE 1338

Tomo I, 2.ª parte, XXXV bis (pág. 318).

[1] Petrus, etc. Dilectis suis Paciariis et probis hominibus civitatis Ilerde, salutem, etc. Cum Nos de presenti accedamus ad civitatem Barchinone, ut inibi habito diligenti tractatu et consilio provideamus taliter, Deo propicio, quod valeamus obviare futuris periculis que in regnis et terris nostris propter passagium Regis Marrochorum ad partes Ispanie de quo ex plurima fidedignorum relacione Nobis constat possent de facili evenire. Ea propter, vobis dicimus et mandamus quatenus, visis presentibus, constituatis ex vobis certos Sindicos, Procuratores et Nuncios habentes potestatem prestandi Nobis super hoc consilium et juvamen, qui Nobiscum esse debeant in civitate Barchinone predicta quarta die presente mense Marcii exeunte [2]. Et quia sigilla nostra maiora in promptu non habeamus cum propter negociorum expedicionem in civitate Valencie remansissent, presentem sigillo nostro secreto jussimus expediri. Tarrachone sexto decimo kalendas aprilis anno Domini millesimo ccc.° xxx.° septimo [3].

Johannes Petri, mandato regio facto per dominum Infantem Petrum.

Similes fuerunt misse, verbis competenter mutatis, sub eidem data civitatibus et locis aliis qui sequntur:

Probis hominibus Gerunde.
Probis hominibus civitatis Vici.
Probis hominibus Sedis Urgelli.
Probis hominibus civitatis Minorise.

[1] Archivo general de la Corona de Aragón.—Reg. 1.111, fol. 68 vuelto.
[2] 28 Marzo.
[3] 17 Marzo 1338; de la Encarnación 1337.

Probis hominibus ville Cervarie.
Probis hominibus Villeffranche.
Probis hominibus ville Montisalbi.
Probis hominibus ville Tarrage.
Probis hominibus ville Campirotundi.
Probis hominibus ville Berge.
Probis hominibus ville de Figueriis.
Probis hominibus ville Aqualate.
Probis hominibus ville Apiarie.
Probis hominibus ville Bisulduni.
Probis hominibus Villegrasse.
Probis hominibus loci de Terracia.
Probis hominibus ville de Pratis.

SUPLEMENTOS

I

Á LAS CORTES DE BARCELONA DE 1300 (Tomo I, pág. 167)

[1] Noverint universi: Quod cum ex parte Prelatorum, clericorum, religiosorum et ecclesiasticarum personarum fuit Nobis Jacobo, Dei gracia Regi Aragonum, Valencie et Murcie ac Comiti Barchinone, in civitate Ilerdensi personaliter existentibus, humiliter supplicatum ut quedam capitula seu statuta in Barchinonensi Curia nuper facta, que videbantur aliquibus fuisse edita in prejudicium eclesiastice libertatis deberemus interpretari ac etiam declarare: Nos attendentes intencionis nostre seu dicte Curie non fuisse aliqua ordinasse in prejudicium ecclesiastice libertatis, habita deliberacione cum aliquibus baronibus, militibus et civibus juxta ordinacionem Curie predicte, declaravimus capitula infrascriptis ut sequitur:

Primo, super capitulo quod incipit: *Item, com lo Senyor Rey aja manada Cort general de catalans en Barchinona*, declaram que en lordonament del dit capitol no fo enteniment nostre ne de la Cort de posar servitut de necessitat als Prelats ne als religioses de venir a Cort, ne per lo partir que els feeren de la Cort libertat non sie guanyada a els, mas sien en aquel Stament en ques son estats antigament e eren enans de la dita Cort.

Item sobrel capitol o establiment qui comença: *Ordona la Cort que en la cullita de la compra del bovatge degen metre*, etc., declaram que si alguns de la terra dels lochs on se page la colita e quis entenen en la compra de la carta del bovatge vulien portar mercaderia o altres coses per vendre a loch o a lochs que sien dins Catalunya on la cuylleta nos pac, que o pusquen fer, pagant empero primerament en lo loch don exira, si la cuylleta si paga, la dita cuylleta daquelles coses e que puxen comprar aqui aquelles coses qui comprar hi vulen, entenent empero quel capitol romange en sa força en les altres coses que vinguessen fora Catalunya.

[1] Archivo general citado.—Reg. de Cancillería, núm. 117, fol. 183 vuelto.

Item, sobrel capitol o establiment qui comença: *Item, que nuylla persona gos comprar nuylla res de null hom qui la culleta no pach*, etc:, declaram, que els dits Prelats e persones ecclesiastiques e religioses dels bens propris e del lurs rendes e exides no sien tenguts de pagar de cuylleta e que hom les pusca comprar dels sens pena: en axi empero que neguna frau no sen façe per que lo Senyor Rey pogues perdre la cuylleta daltres coses, bens o rendes e que o asseguren segons ques segueix:

So es a saber: quels clergues en ço que vendran de lurs rendes e de lurs bens, los quals no hagen comprats per mercaderia a fer no aia sino dels, e que hi aja pena de vet a tot hom qui res hi faça en frau de la cuylleta e que perda la cosa en que la frau se fara. Encara que tot clergue aja a jurar una vegada en poder del Bisbe seu o de son Official o de son Archipestre o Dega que en totes les vendes que faran de lurs rendes e de lurs bens no fassen frau neguna. E si era atrobat que frau si feeya, que sia lo clergue caygut en pena del vet *ipso facto* e que perda la cosa en la qual frau aura feyt, la qual cosa sia partida axi; que les dues parts sien de la cuylleta e la terça del acusador. E si no vol, ... una vegada per totes que sia a jurar a requesta del cuyllitor de la cuyllita en cascuna venda que fara en poder dalcu dels demuntdits que frau neguna no y fara. E si es lech aquel qui vendra per lo clergue que sia a jurar en poder del cuyllidor, e si era atrobat que frau hi avia feyta, que sia caygut en la pena posada en lordonament de la Cort a aquels qui frau faran en la cuylleta. E aquestes coses sien destrets los clergues per lurs Bisbes o per lurs Officials de menar a exequcio les coses demuntdites. E asso entenem ques fassa en tot loch on la cuylleta se pach, e que daquells qui juraran per tota via sien escrits los noms dels en I libre ho en I quaern, del qual sia donat translat al cullidor, e quel Archabisbe permeta simplament e els Bisbes en lur orde tan solament que frau no y faran ni la consintran, e que la puniran e la castigaran si la y troben o la y saben. El Archabisbe que hic meta als dits Bis[bes] sobre aço pena de vet, en la qual sien cayguts *ipso facto*, si contra hi feyen.

Encara declarem que en tots los capitols temporals o perpetuals que parlen generalment o specialment e que posen pena, prohibicio o vet qui contra hi fara, no entenem que hi sien enteses Prelats, clergues ne altres persones ecclesiastiques, levades e exceptades aquelles prohibicions, les quals lo Senyor Rey els seus poden fer e an acustumades de fer, salvo empero privilegis de que aguessen usat o custumes antigues. Datum Ilerde kalendas junii anno Domini M.° CCC.°

Similis fuit facta Episcopo Gerundensi.

II

Á LAS CORTES DE LÉRIDA DE 1301 (Tomo I, pág. 180)

[1] Noverint universi: Quod die veneris que est pridie idus julii anno Domini millesimo trecentesimo primo, convocata Universitate civitatis Barchinone per preconem publicum, ut moris est, ad Palacium domini Regis, convenerunt ibi Raimundus Ricardi, Jacobus Lulla, Petrus de Villafrancha et Jacobus Terrionis, Consiliarii Barchinone in hoc anno et plures de Juratis ipsius civitatis et etiam plures de Universitate predicta, et ibi coram omnibus qui ibi venerant, publica quadam littera papirea domini Regis, in qua inter alia continebatur quod Consiliarii, Jurati et Universitas civitatis Barchinone constituerent Sindicos et Procuratores quibus darent potestatem tractandi, faciendi, consenciendi et firmandi ea que in Curia que nunch in civitate Ilerde celebratur, tractantur et fiunt, idem Consiliarii, Jurati et Universitas predicta constituerunt et ordinaverunt Sindicos et Procuratores suos Romeum G., Consiliarium, Petrum Burgesii et Petrum de Vilario, cives dicte civitatis Barchinone, licet absentes tanquam presentes, ad tractandum, faciendum, consenciendum et firmandum ea que in Curia que nunc in civitate Ilerde celebratur, tractantur et fiunt seu fient. Salvis tamen in omnibus et per omnia Usaticis Barchinone et Constitucionibus Pacis et Treuge et ordinacionibus factis in Curia generali celebrata per dominum Regem Petrum, bone memorie, in Barchinona et ordinacionibus perpetuis Curie Montissoni et ordinacionibus perpetuis prime Curie celebrate in Barchinona per dominum Regem Jacobum nunc regnantem, et ordinacionibus perpetuis factis per dictum dominum Regem Jacobum in secunda Curia per eum celebrata in Barchinona et privilegiis, consuetudinibus et usibus dicte civitatis Barchinone, et salvo etiam quod in collecta sive *colida* empcionis bovatici ordinata in dicta Curia secunda celebrata per dictum dominum Regem Jacobum in Barchinona non augeatur in quantitate nec tempus prorrogetur, sic quod predicta omnia et singula sint et remaneant in suo esse et statu firmo, ita quod per aliqua que ordinentur vel fiant in dicta Curia civitatis Ilerde pre-

[1] Archivo general citado.—Pergamino núm. 1.610 de los de Jaime II.

dictis vel alicui predictorum nullum fiat vel generetur prejudicium. Et de predictis mandaverunt dicti Consiliarii et Jurati et alii de predicta Universitate fieri publicum instrumentum. Quod est actum in Barchinona in Palacio dicti domini Regis, die et anno in prima linea scriptis, presentibus testibus Guillelmo Ollonarii, Regente Vicariam Barchinone, Bernardo Burgeti, Petro Mayolli, Bernardo Ricardi, Poncio de Alesco, Ugueto de Cambrils, Petro de Gavano, Jacobo de Canovis, Bernardo de Rippa Pellipio et pluribus aliis.

Sig✠num Michaelis de Antiga, Notarii publici Barchinone, qui hoc scribi feci et clausi die et anno prefixis.

[1] Jacobus, etc. Viro nobili et dilecto Guillermo de Angularia, salutem, etc. Vestras recepimus litteras noviter Nobis missas continentes qualiter inclitus Infans Jacobus, Primogenitus noster carissimus, Procurator Cathalonie, vobis mandavit per suas litteras quod compareatis coram eo firmaturus et juraturus constituciones et ordinaciones factas in Curia Ilerdensi, et quod vos, tempore litterarum predictarum recepcionis eratis in Campo Terrachone infirmitate detentus nec poteratis ad aliquas partes absque persone vestre periculo vos conferre, in quibus etiam litteris vestris vidimus inter alia contineri, vos anno preterito jurasse et homagium prestitisse pro ordinacionibus et constitucionibus factis in generali Curia Barchinone et quod non videtur vobis per vos illo juramento et homagio deberetis aliquatenus contrahere, unde Nobis supplicastis per easdem, quod aut permitteremus per vos firmari ordinaciones Curie Ilerde, salvis ordinacionibus Curie Barchinone, aut elongaremus firmam vestram quousque Nos in partibus Cathalonie fuerimus constituti. Quarum litterarum vestrarum tenore diligenter audito et plenarie intellecto, vobis ad earum continencia taliter respondemus: quod proposita in vestris litteris excusacio sive allegacio quod, contra ordinaciones Curie Barchinone, vobis non videtur firmare debere ordinaciones Curie Ilerdensis, Nos aliquatenus non deffendit, quare ordinaciones predictas Curie Ilerde firmare teneamini et servare quia, esto quod eedem constituciones sui in quibusdam ad invicem detrahant vel addant aut mutent, siquidem hoc ex causa utili et necessaria provenit, et tenendum est generales et eius Curie in Cathalonia et alibi propterea celebrantur diversis annis et temporibus, ut que in una Curia ordinantur alia subsequenti, prout requirit qualitas temporis, et cause seu casu novi emergunt si necesse fuerit et expediat rei publice recurrerentur omnino seu corrigantur aut in melius emendentur, nec in hoc casu, Nos

[1] Archivo general citado.—Reg. de Cancillería núm. 119, fol. 43.

quamqnam pro observacione prioris Curie juramentum prestiterimus et alii quicumque homagium et juramentum pro eisdem prestiterunt, supervenientibus aliis ordinacionibus in sequenti generali Curia editis, in aliquo non tenemur nec tenentur neque remanemus nec remanent obligati, aliud enim in vanum celebrate fuerunt ab editione et constitucione citra Usaticorum Barchinone, quod tacendum est pocius quam dicendum. Cum res per quascumque causas nascitur per easdem disolvi possit et non debeat reprehensible judicari si, secundum varietatem temporum statuta varientur humana, unde cum dicta generalis Curia Ilerde fuerit sollempniter celebrata sicuti generalis Curia Barchinone, hoc est de consensu et approbacione Nostri Prelatorum, nobilium, militum omnium et hominum villarum Cathalonie constat vos ad firmandum et servandum dictas constituciones in Curia Ilerdense editas omnino teneri, nec vos a prestacione firme vestre Nos possumus de aliquo elongare. Ea propter, vos requirimus ac vobis dicimus et mandamus quatenus statuta et ordinaciones prelibate Curie Ilerde, sine aliqua retencione et absolute, firmetis et observetis, prout in ea extitit ordinatum, taliter faciendo, ne ob factum vestri contra vos et bona vestra, juxta ordinaciones sepedicte Curie ad quas exequendas defficere non possumus, procedamus. Datum Cesarauguste kalendas octobris (1301).

Bernardus de Aversone mandavit R. Boneti.

[1] Al molt alt e molt noble e honrat Senyor En Jacme, per la gracia de Deu Rey Darago, de Valencia e de Murcia e Comte de Barcelona, e de la Sancta Esgleya de Roma Seynaler, Almirayll e Capita general, En R. Folc, per la gracia de Deu Vezcomte de Cardona, salut e sotsmesa reverencia ab tota honor. A la vostra Senyoria, Seyer, sie manifesta que com Vos, Seyer, agessets manada Cort als catalans en la ciutat de Leida, a la qual Cort nos per raho del hostatge que per vos teniem an Isarn de Fanjaus e per daltres rahons justes, les quals ja a vos feiem saber, esser no poguessem, e Vos, Seyer, a la dita Cort nos tractem posa e avinença ab alcuns ab qui Vos sabets, que erets en contrast e en guerra, ordenassets alcunes ordenacions e capitols, les quals venien contra los ordenaments de la Cort que aviets tenguda a Barchinona, e los quals Vos ab sagrament e nos, els altres richs homens e cavalers de Catalunya e ciutadans e homens de vila, ab homenatge e ab sagrament avien firmats, e encara contra nostre dret singular e contra ço que nos per nostre dret e per otorgament vostre e de la dita Cort de Barchinona deviem aver, e manassets a nos quels dits ordenaments fermassem e

[1] Archivo general citado.—Reg. de Cancillería núm. 120, fol. 218.

jurassem, e manassets als vostres Officials quens en destrengessen e que contra nos enantassen a aquells a fermar, no contrastant la resposta nostra que aviem feta que erem apparellats de estar a dita coneguda dels richs homens de Cathalunya e de la Cort de Barchinona per cabal, ne contrastant Vos que nostre Procurador aviem trames davant lo Senyor Enfant, fil e Procurador vostre, e encara davant lo Senyor Archabisbe per fermar o per assegurar destar a dita coneguda dels richs homens de Catalunya o de la Cort de Barchinona damunt dita, fees nos e la nostra terra e nostres homens bandejar e tenir en reguart, en axi que nos ne negun hom nostre no gosava ne gose entrar en la terra vostra, ans los vostres homens on a nos e als nostres homens e a la terra nostra fee mal, e mes foch, e donat dampnatge e fan tot dia, ens tenen en reguart. Encara, Seyer, part aço ne guardan lo servey que nos Vos avem feyt, nel profit que la terra vostra avia agut per nos, ne guardan la honor nel be que nos avem procurat a Vos e a vostra terra, sens tota raho e sens fadiga de servey, avets a nos fet tolre aquela renda quel Senyor Rey En Pere, de bona memoria, pare vostre e vostre frare, nos avien donada de nostra vida, ne nons volets pagar lo deute quens devets, lo qual lonch temps ha nos deguets aver pagat: de les quals coses nos e tots aquells qui ho saben se maraveyllam molt, com de tant servey que nos fet Vos avem, avets redut a nos ne rendrens volets aytal guardo, ne que de nos pendre no vulats dret, ne coneguda, en poder dels dits richs homens, ne de la dita Cort de Barchinona, lo qual dret e coneguda a Vos e al Senyor Infant, Procurador vostre, avem moltes de vegades profert e proferim encara. Encara, Seyer, lo noble Comte de Foix a request a nos, que nos li dejam valer e aiudar contra Vos del tort e de la iniuria que fets al noble En Gastonet, fil seu, per raho de la honor de Monchada e de Casteylvieyl, qui fo del noble En Gastonet se enrere, la qual diu que es vinclada e deu tornar a la noble dona Contesa de Foix e al dit noble En Gastonet, de la qual tort e injuria nos moltes vegades Vos avem request e clamat merce e protestat ab cartes que Us partissets: la qual cosa Vos fer no avets volgut. Hon nos, per ço, com lo dit noble Comte de Foix o vol, a qui nos no podem fallir, acuyndam Vos per lo dit noble En Gastonet e per las rahons damunt dites, ens endesexim que de mal ne de dan que nos o nostres valedors o nostres cavalers o nostres homens fassam a la terra vostra o als valedors o als homens vostres o als bens vostres o lurs tengus, no Us en siam, salvant que mal no fariem a la persona vostra ne del dit Senyor Infant. Data apud Castrumfullitum idus januarii anno Domini MCCC primo (1302).

III

Á LAS CORTES DE BARCELONA DE 1305

(Tomos I, pág. 179; XI, pág. 439, y XII, pág. 353.)

[1] Nobili Arnaldo de Ispania, Vicecomiti Coseranensi, salutem, etc. Scire vos volumus, Nos ex quibusdam causis et specialiter pro tollendis dissentionibus et questionibus que sunt inter clerum ecclesie Barchinone et Universitatem civitatis eiusdem, distulisse accesum nostrum quem facere debeamus ad partes Rossilionis, ut vobis significaveramus per nobilem R. de Orcau, usque videlicet generalis Curia ad octavam diem post Pascha ordinata cathalanis in civitate Barchinone fuerit celebrata. Per hoc autem non intendimus differre vel mutare diem quem vobis et nobilibus Comiti Pallariensi et uxori eius super questionem quod est pro negocio Comitatus Pallariensis duximus assignandum. Datum ut supra. *(Barcelona, calendas de Abril de* 1305.*)*

Nobili et dilecto Hugoni de Mataplana, Comiti Pallariensi, salutem, etc. Scire vos volumus, Nos ex quibusdam causis et specialiter pro tollendis dissentionibus et questionibus que sunt inter clerum ecclesie Barchinone et Universitates civitatis eiusdem, distulisse accesum nostrum quem facere debebamus ad partes Rossilionis, ut vobis significaveramus per litteram nostram ut vos inibi essetis Nobiscum usque videlicet generalis Curia ad VIII diem post Pascha ordinata cathalanis in civitate Barchinone fuerit celebrata. Per hoc autem non intendimus differre vel mutare diem quem vobis et dompne uxori vestre ac nobili Arnaldo de Ispania, Vicecomiti Coseranensi super questione que est pro negocio Comitatus Pallariensis duximus assignanda. Datum ut supra.

Nobili et dilecte dompne G. de Montecatheno, olim uxori incliti Infantis Petri, bone memorie, fratris nostri, salutem, etc. Ne opporteat

[1] ARCHIVO GENERAL citado.—Reg. de Cancillería 235, fol. 201.

vos vexari laboribus vel expensis vobis curavimus intimandum, nos ex quibusdam causis et specialiter pro tollendis dissentionibus et questionibus que sunt inter clerum ecclesie Barchinone et Universitatem civitatis eiusdem, distulisse accesum nostrum que facere debebamus ad partes Rossilionis, ut scitis, usque videlicet generalis Curia ad VIII dies post Pascha ordinata cathalanis in civitate Barchinone fuerit celebrata. Data ut supra.

Similis fuit missa Arberto de Mediona.

IV

Á LAS CORTES DE TORTOSA DE 1331

(Tomo I, pág. 381.)

[1] Serenissimo Principi ac domino, domino Alfonso, Dei gratia Regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comiti Barchinonensi illustri.

Serenissimo Principi ac domino, domino Alfonso, Dei gracia Regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comiti Barchinonensi, illuster Arnaldus, permissione Divina Episcopus Urgellensis, salutem et promptum desiderium regiis iussionibus obsequendi. Serenitatis Vestre litteras secundas hesterna die hora vesperorum per presencium portitorem recepimus, continentes ut in Curiis quas modo Dertuse Vestra intendit excellencia celebrare cessantibus quibuslibet excusacionibus deberemus personaliter interesse. Vestre igitur celsitudini innotescat quod licet Deo teste qui cognitor est secretorum prepediti essemus iustissimis causis innumeris propter quas a profeccione predicta cessare, nos salva tamen vestre offense quam..... execramur molestia oportebat, nos omissis omnibus ceteris, disponimus Divinitate propicia ad illas proficiscendum ut per omnia graciam conservemus Vestre Regie Maiestatis cui novit Deus optamus sumopere complacere nos et ecclesiam nostram eiusdem gracie fiducialiter comendantes. Datum in Sede Urgellensi III nonas augusti anno Domini M.° CCC.° XXX.° primo.

[2] Alfonsus, Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone, fidelibus suis Juratis et probis hominibus ac Universitati ville Bisulduni, salutem et gratiam. Cum fideles nostri Bernardus Strucci et Petrus de Oliveriis, Sindici per vos Nobis missi sint presentes in generali Curia quem in civitate Dertuse duximus celebrandam et propter prorrogacionem temporis eis expensis defficient super quibus vobis jam pluries per suas litteras, ut dicitur, scripserunt. Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus visis presentibus provi-

[1] Archivo general citado.—Cartas reales de Alfonso IV, núm. 1.638.

[2] Archivo general citado.—Cartas reales de Alfonso IV, núm. 1.663.

deatis eisdem in expensis necessariis ut possint inibi remanere. Insuper cum sint eis necessaria privilegia, cartas ac litteras regias et instrumenta alia super jurisdiccione Castri de Bestracano et alia pro utilitate dicte ville facienda, mandamus vobis quatenus ea omnia mittatis Sindicis supradictis; alias per presentes mandamus Bajulo dicte ville vel eius locumtenenti ut ad premissa omnia vos et bona vostra compellat fortiter et districte. Datum Dertuse XIII.ª kalendas octobris anno Domini millesimo CCC.° tricesimo primo.—Sbsc. *Ja.*

V

Á LAS CORTES DE BARCELONA DE 1340

(Tomo I, pág. 318.)

[1] Petrus, etc. Dilectis et fidelibus suis Consiliariis et probis hominibus civitatis Barchinone, salutem, etc. Quamquam primam diem instantis mensis julii Prelatis, nobilibus, militibus, vobis et aliis hominibus civitatum et villarum Cathalonie pro celebrandis Curiis in dicta civitate duxerimus prefigendam, Nosque eo tunc a civitate Valencie continuatis dictis, propterea arripuerimus iter nostrum, verumtamen propter stivales calores et temporis intemperiem prefixa die in civitate predicta comode non possumus interesse: Itaque significamus vobis quod cras die veneris erimus in loco de Montealbo et deinde continuando iter nostrum die lune vel martis proxima in eadem civitate hac de causa esse proponimus, Domino permittente. Quare, vobis dicimus vobisque rogamus quatenus illis qui ad civitatem predictam convenerunt vel convenerint hac de causa ista significetis ut moram nostram predictam non ger[ant] moleste sed istis justis racionibus Nos excusatos habeant de premissis. Datum in Monasterio Populeti sub nostro sigillo secret' III kalendas julii anno Domini M.° CCC.° quadragessimo.

Francischus de Prohomine mandato domini Regis.

[1] Archivo general citado.—Reg. de Canc, 1.114, pág. 77.

VI

AL PARLAMENTO DE BARCELONA DE 1342

(Tomo VI, pág. 473.)

[1] Petrus, etc. Dilectis et fidelibus nostris Consiliariis et probis hominibus ac Universitati civitati Barchinone, salutem, etc. Cum, propter quedam ardua negocia civitates, villas et alia loca regalia Catalonie ac rei publice statum principaliter tangencia, indigeamus admodum peritorum consilio in quibus differendis mora difficile esset periculum allatura: Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus una cum Procuratoribus seu Sindicis vestris quos, de mandato Nostro vobis facto cum alia littera quam vobis mittimus cum presenti certa die in ipsa prefixa, pro negocio armate que fit contra Regem perfidum Marrochorum ad Nos destinare habetis mittatis ad nostri presenciam ubicumque fuerimus duos de melioribus et peritioribus doctoribus vel peritis in jure civitatis pretacte, hocque aliquatenus non mutetis sicuti Nobis complacere cupitis et servire. Datum Terrachone VIII.° kalendas junii anno Domini M.° CCC.° XL.° primo.—*A.*, Vicecancellarius.

G. de Villamajore fecit pro Vicecancellario.

Similes Universitatibus infrascriptis:

Paciariiis, probis hominibus ac Universitati civitatis Ilerde, duos.
Juratis et probis hominibus ac Universitati civitatis Gerunde, unum.
Consiliariis et probis hominibus ac Universitati Minorise, unum.
Juratis et probis hominibus Villeffranche, unum.
Paciariis et probis hominibus ac Universitati ville Cervarie, unum.
Juratis et probis hominibus ac Universitati ville Montisalbi, unum.
Consiliariis et probis hominibus ac Universitati civitatis Vici, unum.

[1] ARCHIVO GENERAL citado.—Reg. de Canc. 1.057, fol. 125.

VII

AL PARLAMENTO DE ULLDECONA DE 1349

(Tomo XII, pág. 395.)

[1] Lo Rey Darago:

Reebuda havem vostra letra responsiva duna altra letra per Nos a vos tramesa, e aquella be entesa, vos responem que en la anada que aviets a fer per les ciutats, viles e lochs de Cathalunya per vigor dun manament per Nos a vos fet per raho del pariatge e de les galees que son en Castella, volem e us manam que sobreseescats tro lo Parlament, lo qual debem tenir al XV.ª dia de setembre en Ulldecona sia finit, et encara lavors tro altre manament de Nos hajats. E no res menys com en los affers de nostre Stament reyal vaja molt en los tractaments [fa]edors en aquest Parlament e Nos pensam que aço que [la] ciutat de Barchinona fara, seguiran les altres ciutats e viles de Cathalunya, per ço. us manam que ab aquelles mellors maneres [que] perets..... lamats Consellers nostres En Ferrer de Manresa e En Romeu....., ciutadans de la dita ciutat, ells tracten..... facen que ells venguen al dit Parlament com Nos confiam molt de la lur industria, leyaltat e saviea Datum en..... sots nostre segell secret a XXI dia del [mes] dagost en lany de nostre Senyor M. CCC. XL. IX.

Als amats e feels nostres En P. Çacosta, Conseller, Batle general de Cathalunya, e En Berenguer de Reelat, de Casa Nostra.

Lo Rey Darago:

Ja sabets com Nos havem assignat dia a Parlament en lo loch de Ulldecona a les ciutats, viles e lochs de Cathalunya el quincen dia de setembre. On com Nos confiem molt de la vostra industria e bones [trac]taments e consell, majorment com la ciutat de Barcelona es cap de Cathalunya e tota Ca[thalunya] fara ço que Barcelona fara, per ço us dehim [e] encara pregam que en totes servises del mon..... que vingats al dit Parlament per la dita ciutat, e aço no mudets axi com a Nos cobeejats [servir] e complaer. Datum ut supra.

Al amat Conseller nostre En Ferrer de Manresa, ciutada de Barcelona.

[1] ARCHIVO GENERAL citado.—Reg. de Canc. 1.135, fol. 8.

VIII

A LAS CORTES DE PERPIÑÁN DE 1356 (Tomo I, pág. 482)

[1] *Capitulum provisum in generali Curia celebrata cathalanis in villa Perpiniani.*

In nomine Domini, amen. Noverint universi: Quod cum Nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum, etc., illustrium predecessorum nostrorum vestigiis inherentes pro bono statu nostri Catalonie Principatus in villa Perpiniani generalem Curiam cathalanis, ut moris est, fieri celebranda indixissemus, convenissent ad easdem Curiam et villam Prelati, persone ecclesiastice, religiosi et Procuratores capitulorum ecclesiarum cathedralium, richi homines, milites, cives et homines villarum ac Procuratores et Sindici Universitatum, civitatum, villarum atque locorum regalium Cathalonie, quorum nomina inferius describuntur: Ideo tractatu super infrascriptis cum eisdem habito, ad suplicacionem et de consilio, aprobacione et assensu eorumdem Constitucionem fecimus infrascriptam: Quia semper contingit quod cum Nos requiremus Infantes, Prelatos et personas ecclesiasticas, barones, milites, cives, homines villarum et alios pro Nobis infra Cathaloniam feuda tenentes ac eisdem injungimus et mandamus ut Nobis faciant servicium, quod pro ipsis feudis facere Nobis debent, aliqui ex ipsis qui forsan aliquod servicium aut non certum Nobis pro ipsis feudis facere non sunt soliti, aut non in tantum vel eo modo quo Nobis servire cupiunt, ad nostrum servicium veniunt omnia ea que possunt equitum et peditum comitiva, cumque timeant ne pro parte nostra aut Officialium nostrorum possit eis prejudicium aliquod generari, ideo Nos materiam seu occasionem allegandi talia tollere cupientes, cum hac presenti Constitucione perpetuo valitura, de aprobacione et consensu tocius Curie generalis in villa Perpiuiani de mandato nostro congregate declaramus, et declarando statuimus et sanccimus: quod ex dicto usque nunc impense vel in futurum per dictos nostros vassallos Nobis impendentis servicii nullum eisdem tam in possessione seu quasi vel proprietatis servicii feudorum que pro

[1] Archivo general citado.—Reg. de Canc. 965, fol. 27 vuelto.

Nobis nunc tenent vel in futurum tenebunt possit prejudicium generari, nec Nobis aut nostris successoribus jus inde aliquod acrescere aut ipsis vassallis decrescere et econtra. Quamquidem Constitucionem predictam ad suplicacionem subscriptorum omnium et de assensu, consilio et aprobacione ipsorum in generali Curia die presenti constitutorum fecimus, sanccimus, statuimus et volumus, per Nos et successores nostros, perpetue et inconcusse servari: injungentes omnibus supradictis ac Vicariis, et universis Officialibus nostris et eorum locatenentibus et subditis, etc., nostris, presentibus et futuris, quod omnia predicta et singula in dicta Constitucione contenta firmiter teneant et observent et teneri faciant ac etiam observari inviolabiliter et in aliquo non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. Et ad majorem cautelam premissorum promitimus bona fide omnibus et singulis infrascriptis qui ad dictam generalem Curiam convenerunt et omnibus etiam aliis de Cathalonia qui absentes sunt et Notario infrascripto, a Nobis pro eis et pro aliis quorum interest ac poterit interesse legitime stipulanti et recipienti, et etiam juramus in anima nostra per Deum et per Crucem Domini nostri Jhesu Christi et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula, ut superius dicta sunt, tenere et complere, observare et observari facere et teneri ut superius continetur. Quod est actum in villa Perpiniani die XXII augusti anno a Nativitate Domini M.° CCC.° quinquagesimo sexto. *F.*, Cancellarius.

Sig✠num Petri, Dei gratia Regis Aragonnm, etc., qui dictam Constitucionem et omnia et singula in ea contenta, de consilio, aprobacione et assensu et ad suplicacionem tocius dicte Curie generalis, laudamus, sanccimus, movemus, firmamus et juramus, et huic Constitucioni bullam nostram plumbeam apponi mandamus impendenti.

Sig✠num Bonsaber Ferrarii, Prioris Sedis Terracone ac Procuratoris reverendi fratris Sanccii, Archiepiscopi Terrachonensis.—Sig✠num Hugonis Urgellensis Episcopi.—Sig✠num Petri Ferrarii de Carrerias, Procuratoris venerabilis Berengarii Gerundensis Episcopi.—Sig✠num Arnaldi Turrent?, Procuratoris venerabilis Elnensis Episcopi.—Sig✠num fratris Petri Guillermi de Ulmis, Comendatoris de Bayolis, Procuratoris fratris Petri Arnaldi, Prioris Cathalonie.—Sig✠num fratris Raimundi, Abbatis Monasterii Vallisbone.—Sig✠num fratris Arnaldi, Abbatis Sancti Andree.—Sig✠num fratris Raymundi, Abbatis Sancti Johannis de Abbatissis.—Sig✠num fratris Bernardi, Abbatis Sancti Michaelis de Cuxano.—Sig✠num fratris Michaelis, Abbatis Sancti Genesii.—Sig✠num fratris Raymundi, Abbatis Sancte Cilie Montiserrati.—

Sig✠num fratris Petri de Casanada, Procuratoris Abbatis Balneolarum.—Sig✠num Guillermi, Abbatis Sancti Martini de Canigone.—Sig✠num Francisci Ruffaci, Decretorum Doctor, Procuratoris capituli Sedis Barchinone.—Sig✠num Galcerandi de Montecurvo, Procuratoris capituli ecclesie Gerunde.—Sig✠num Dominici Messegueri, Decani, Procuratoris capituli ecclesie Dertuse.—Sig✠num Petri Johannis, Canonici Vicensis ac Procuratoris capituli ecclesie Vicensis.—Sig✠num Infantis Raymundi Berengarii, Comitis Impuriarum.—Sig✠num nobilis Bernardi de Capraria, Comitis Ausonie.—Sig✠num Bernardi de Capraria, Vicecomitis Capraria.—Sig✠num Rogerii Bernardi, Vicecomitis Castriboni.—Sig✠num Andree de Fonolleto, Vicecomitis Insule et de Caneto.—Sig✠num Gilaberti de Crudillis.—Sig✠num Guillermi de Bellaria.—Sig✠num Bernardi de Sono.—Sig✠num Bernardi de Camporrells, Procuratoris Petri, Comitis Urgelli et Cicilie eius tutricis, atque matris.—Sig✠num Francisci de Cerviano.—Sig✠num G. Doix, Procuratoris Vicecomitis de Ruppebertino.—Sig✠num Berengarii de Podiolo, Procuratoris Eugenis, Vicecomitis Cardone.—Sig✠num Berengarii de Ulmis aureis, nobilis Arnaldi de Saga.—Sig✠num Bernardi Guillermi de Fuxano.—Sig✠num Aymerici Dusai.—Sig✠num Raymundi de Plano—Sig✠num Jacobi de Vallesicca, Licenciati in legibus, Sindicorum civitatis Barchinone.—Sig✠num Petri de Sancto Martino—Sig✠num Antonii de Maçaneto—Sig✠num Bernardi Guillermi Calbeti, Licenciati in legibus, Sindicorum civitatis Ilerde—Sig✠num Guillermi Sunyerii—Sig✠num Aymerici de la Via, Sindicorum civitatis Gerunde.—Sig✠num Petri Borreni.—Sig✠num Johannis Vela—Sig✠num Petri Gueraldi, Sindicorum ville Perpiniani.—Sig✠num Jacobi Sartoris—Sig✠num Jacobi de Vila, [Sindicorum] civitatis Minorise.—Sig✠num Petri de Angularia—Sig✠num Raymundi Mayoli, Sindicorum ville Montisalbi.—Sig✠num Jacobi Canes—Sig✠num Raymundi Blanch, Sindicorum ville Podiiceritani.—Sig✠num Raymundi Canut—Sig✠num Raymundi Natalis, Sindicorum ville Tarrage.—Sig✠num Ferrarii Çabaçol—Sig✠num Berengarii de Apiaria, Sindicorum Villegrasse.—Sig✠num Berengarii Rubei, Sindici ville Apiarie.—Sig✠num Bernardi Villaroni, Sindici Sancti Petri de Auro.—Sig✠num Arnaldi Rossinyalli—Sig✠num Jacobi de Podio, Consulum et Sindicorum ville Turricello de Montegrino.—Sig✠num Petri de Arelevo—Sig✠num G. Arnaldi Carcaxi, Sindicorum Villefranche Confluentis.—Sig✠num Arnaldi de Mecina—Sig✠num Jacobi Porta, Sindicorum ville Cervarie.—Sig✠num Jacobi de Montesenyo, Sindici loci de Regali.—Sig✠num Bernardi Cavallerii—Sig✠num

Petri de Sancta Maria, Sindicorum ville de Bisulduno.—Sig✠num Arnaldi Raymundi de Glaença, Sindici loci de Figueriis.—Sig✠num Petri Ferrarii, Sindici ville Campirotundi.—Sig✠num Antonii Canelli—Sig✠num Petri Vitalis, Sindicorum ville Aqualate.—Sig✠num Bartholomei Piquerii, Sindici loci de Fores.—Sig✠num Castilionis Peytavini—Sig✠num Jacobi Clariensis, Sindicorum ville de Arguilleriis.—Sig✠num Petri Jaufridi, Sindici loci de Volono.—Sig✠num Guillermi Auberti, Sindici loci de Toyrio.—Sig✠num Petri Goleti—Sig✠num Berengarii Miceri, Sindicorum Villefranche Penitensis.—Sig✠num Petri Conesa, Sindici loci de Cabra.—Sig✠num Petri de Castellis—Sig✠num Bernardi Prous, Sindicorum ville de Berga.—Qui predicta omnia et singula acta in Curia generali, de consilio, aprobacione et assensu nostro, dictis nominibus, firmamus eisque assentimus eaque juramus et etiam aprobamus.

Dominus Rex de voluntate et assenssu omnium predictorum mandavit mihi Bertrando de Pinos, tota Curia predicta congregata.

IX

Á LAS CORTES DE BARCELONA DE 1368-1369 (Tomo III, pág. 39)

A

Otro Proceso de estas Cortes [1].

In nomine Sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Cum Illustrissimus Princeps et dominus, dominus Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Rossilionis et Ceritanie in civitate Barchinone personaliter constitutus, pro aliquibus arduis negociis occurrentibus deliberasset in ipsa civitate Barchinone suis gentibus Principatus Cathalonie generales Curias celebrare, mandavit convocari ad easdem Prelatos et personas ecclesiasticas necnon barones et milites ac Sindicos civita-

[1] Archivo general citado.—Colección de Procesos procedentes de la antigua *Generalidad* de Cataluña, vol. VI, fol. 1.

El volumen VI de esta Colección comprende dos Manuscritos del Proceso de las Cortes de Barcelona de 1368-1369, colocados al principio del volumen, uno á continuación de otro.—La Academia publicó en el tomo III de la presente Colección (páginas 1 á 30) el Manuscrito que se halla al comienzo del citado volumen, único de que á la sazón tenía conocimiento.

Investigaciones llevadas á cabo posteriormente bajo la dirección de este Cuerpo literario para descubrir nuevos documentos concernientes á las Cortes del antiguo Principado, han puesto de manifiesto el segundo Manuscrito.

Del examen comparativo de ambos Manuscritos resulta, en cuanto al papel: que el primero consta de 15 folios numerados, de papel fino, blanco, filigrana de las balanzas; el segundo, de 18 folios, también numerados, formando un solo cuaderno de 9 hojas dobles, de papel grueso, duro, amarillento, filigrana del arco disparando una flecha y de tamaño mayor que las de aquél, que en lo ancho fué cortado por el encuadernador, quedando en lo largo algo mayor; y en cuanto al carácter de letra, que la del publicado parece del siglo XV y la del inédito del XIV.

Respecto de su texto se observa, que si bien concuerdan generalmente, se advierten entre ambos Manuscritos variantes de bastante importancia, así en cuanto á la forma de su redacción como en lo que toca al número de sesiones celebradas y á los asuntos de que se hace mención en las actas de las mismas que en uno y en otro se registran. Constituye, por tanto, este segundo Manuscrito un documento indispensable para el conocimiento de los actos celebrados por la citada Asamblea.

Por esta razón se ha creído necesaria la publicación íntegra del mismo, con algunas notas de referencia al primer Manuscrito, que faciliten la tarea de los eruditos que aspiran á conocer la historia de nuestra Representación nacional.

tum et villarum regalium Cathalonie per suas litteras, quarum tenores inferius describuntur. Et primo scriptum fuit Archiepiscopo Terrachone in forma sequenti:

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc. Reverendo in Christo patri Petro, divina providencia Archiepiscopo Terrachone, salutem et dileccionem. Quia pro conservacione tranquilli status Principatus Cathalonie et pro defensione et tuicione ac bono publico eiusdem et aliis bonorum Corone nostre concernentibus, Curias generales cathalanis in civitate Barchinone prima die instantis mensis augusti providimus celebrandas, Propterea, vos requirimus et monemus quatenus dictis die et loco celebracioni dictarum Curiarum interesse sicut Nos erimus, Altissimo disponente. Data Barchinone XIII die julii anno a Nativitate Domini millesimo CCC.° sexagesimo octavo.—*Guillelmus de Palou.*

Similes littere fuerunt misse Prelatis infrascriptis, videlicet:

Episcopis Barchinone.	Urgellensi.
Dertuse.	Gerundensi.
Ilerde.	Elnensi.
Vicensi.	

Item fuit scriptum Capitulis infrascriptis per hunc modum:

Petrus, etc. Dilectis nostris Preposito et Capitulo ecclesie Terrachone, salutem et dileccionem. Quia pro conservacione, etc. ut supra proxime registrata usque ad conclusionem, ubi dicitur: *Propterea,* vobis dicimus et mandamus quatenus constituatis ex vobis Sindicorum seu yconomum et Procuratorem vestrum plena potestate sufultum qui dictis die et loco intersit celebracioni dictarum Curiarum sicut Nos erimus, Altissimo disponente. Data ut supra.

Similes fuerunt misse sequentibus, videlicet:

Terraconensi.	Vicensi.
Barchinonensi.	Urgellensi.
Dertusensi.	Gerundensi.
Ilerdensi.	Elnensi.

Item fuit scriptum Abbati Rivipulli per modum qui sequitur:

Petrus, etc. Venerabili et religioso Abbati Monasterii Rivipulli, salu-

tem et dileccionem. Quia pro conservacione, etc. Propterea, vos requirimus et monemus quatenus dictis die et loco celebracioni dictarum Curiarum interesse curetis sicut Nos erimus, Altissimo disponente. Data ut supra.

Similes Abbatibus infrascriptis:

Populeti.
Sanctarum Crucum.
Sancte Marie de Rosis.
Arularum.
Balneolarum.
Sancti Johannis de Abbatissis.
Sancti Laurencii de Monte.
Campirotundi.
De Fau.
Sancti Genesii.
Ameriensis.
De Escarpio.
De Vallbona.
Sancti Martini de Canigone.
Sancti Petri de Rosis.
Sancti Felicis Guixollensis.
Sancti Benedicti de Bagiis.
Sancti Quirici.
Ville Bertrandi.
De Stagno.
Gerrensi.
Sancti Andree.
Bisulduni.
Castellano Emposte.
Sancti Michaelis de Cuxano.
Sancti Michaelis de Fluviano.
Priori Cathalonie.

Item fuit scriptum baronibus subscriptis, ut sequitur, et primo:

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, etc. Inclito Infanti Martino nato nostro carissimo Comiti Bisulduni vel eius tutrici seu actori ipsius tutricis, salutem et dileccionem. Quia pro conservacione, etc. Propterea, vobis dicimus et mandamus quatenus dictis die et loco celebracioni dictarum Curiarum interesse curetis sicut Nos erimus, Altissimo disponente. Data ut supra.

Item similes.

Comiti Urgellensi.
Comiti Impuriarum.
Comiti Montanearum de Prades.
Comiti Pallariensi.
Vicecomiti Insuli et Caneti.
Vicecomiti de Evolo.
Vicecomiti de Rochabertino.
Vicecomiti Cardone.

Vicecomiti Castriboni.
Vicecomiti de Vilamuro.
Vicecomiti de Roda, pro hiis qui habet in Cathalonia.

Item similes nobilibus infrascriptis, scilicet:

(En blanco el resto del anverso y todo su verso.)

[1] Et subsequenter die martis prima die augusti ad quam dicta Curia indicta fuerat anno predicto a Nativitate Domini MCCCLX.° octavo dictus dominus continuaverat ad diem mercurii crastinam.

[2] Et dicta die mercurii supra proxime assignata secunda die augusti anno predicto fuerat ipsa Curia coutinuata ad diem jovis sequentem.

[3] Et dicta die jovis tercia die augusti fuerat ipsa Curia continuata ad diem veneris crastinam.

[4] Et dicta die veneris III die augusti fuerat ipsa Curia continuata ad diem lune proxime sequentem.

[5] Et ipsa die lune VII die augusti dictus dominus Rex continuavit ipsam Curiam ad diem martis crastinam. Et mandavit fieri preconitzacionem per loca solita civitatis Barchinone ut illi qui ad Curias fuerant convocati venirent ipsa die crastina ad Palacium regale, Proposicionem regiam audituri.

Idcirco die martis ad quam dicta Curia fuit continuata VIII augusti in Palacio regio Barchinone convenerunt Prelati et persone ecclesiastice, barones et milites ac Sindici Universitatum civitatum et locorum regiorum.

(En blanco el resto y verso det folio.)

[6] Qua Proposicione facta, reverendus in Christo pater dominus Romeus, divina providentia Ilerdensis Episcopus, pro se et Prelatis et personis

[1] V. el *Proceso* publicado en el referido tomo III de la presente Colección, pág. 5.
[2] Idem íd.
[3] Idem íd.
[4] Idem íd.
[5] Idem íd.
[6] De los actos relacionados en este párrafo y en el siguiente no se hace mención en la sesión de este día. V. *loc. cit.*, páginas 5 y 6.

religiosis et Procuratoribus capitulorum ecclesiarum Cathalonie, assistente sibi inclito domino Infante Martino dicti domini Regis nato et venerabilis Johannes Serra, civis Barchinone, assistente sibi venerabili Berengario Ces Oliveres, cive Dertuse, pro se et aliis Sindicis civitatum et villarum Cathalonie Proposicioni ipsius domini Regis cum reverencia debita ac verbis decentibus responderunt:

(Sigue en blanco un espacio de dos líneas.)

Quibus peractis, fuit assignata et data hora vesperorum presentis diei quod omnes qui pro celebracione dicte Curie convenerant interessent in domo Predicatorum Barchinone, quam pro celebracione dicte Curie et pro tractandis et agendis actibus et negociis ipsius Curie assumpserunt.

[1] In qua hora vesperorum predicta quamplures ex Prelatis et personis ecclesiasticis et baronibus, richis hominibus et militibus et ex Sindicis dictarum civitatum et villarum, qui pro celebracione dicte Curie venerant, fuerunt congregati in dicta domo Predicatorum, videlicet, in quadam domo comuni Consilii civitatis Barchinone et quoad aliquos actus dicte Curie nichil processerunt, salvo quod ad continuandam dictam Curiam fuit assignata in dicto loco crastina dies que erit dies mercurii nona die dicti mensis augusti.

[2] Ad quam diem fuerunt congregati in domo predicta pro celebracione dicte Curie hii quorum nomina subsequntur:

Ex Prelatis.

Dominus Guillermus, Barchinone. . . . . } Episcopi.
Dominus Romeus, Ilerdensis.. . . . . }

Ex Procuratoribus Prelatorum.

Johannes de Ortoneda, Decretorum ac Procurator reverendi domini Archiepiscopi Tarraconensis.
Guillermus de Tagamanent, Canonicus Barchinone, Procurator domini Episcopi Urgellensis.
Guillermus Vallesii, Canonicus et Procurator domini Episcopi Vicensis.
Frater Geraldus de Pomario, Procurator domini Castellani Emposte.
Frater Petrus Colom, Procurator domini Prioris Cathalonie.

[1] De esta reunión no se hace mérito en el aludido *Proceso*, *loc. cit.*, pág. 6.
[2] V. *loc. cit.*, pág. 6.

Ex Procuratoribus capitulorum.

Jacobus de Sancto Clemente, Precentor. . . } Capituli Barchinone.
Guillermus Samer, Canonicus.. . . . . .
Raymundus de Cervaria, Decanus et Procurator capituli Urgellensis.
Bernardus Cescala, Decanus et Procurator capituli Ilerdensis.
Simon de Armis, Procurator capituli Vicensis.
Frater Guillelmus Veyani, Procurator domini Abbatis Sanctarum Crucum.

Ex baronibus, nobilibus et militibus.

Petrus, Comes Urgelli. . . . . } Egregii.
Johannes, Comes Impuriarum. . . . . .
Dalmacius, Vicecomes de Rochabertino. . . } Nobiles.
Andreas, Vicecómes de Caneto et de Insula.
Gastonus de Montecatheno.. . . . . .
Petrus Galcerandi de Pinosio. . . . . .
Raymundus Alamanni de Cervilione. . . . .
Dalmacius de Muro. . . . . .
Bernardus de Angularia, dominus de Miralcamp. . . . . .

Ex Procuratoribus baronum et nobilium.

Johannes Berengarius de Rajadello, actor incliti Infantis Martini domini Regis nati Comitis Bisulduni.
Johannes de Montebovino, Procurator nobilis Hugonis, Vicecomitis Cardone.
Jaspertus de Barbarano pro Vicaria Villefranche Penitensis.
Franciscus de Oluja, Procurator nobilis Dalmacii de Queralto.

Ex militibus pro se.

Arnaldus de Verdu per la Vagueria de Muntblanch.
Raymundus de Juya per la Vagueria de Girona.
Raymundus de Merles.

Ex Sindicis et Procuratoribus civitatum et villarum regalium.

Venerabiles:

Johannes Serra.	Civitatis Barchinone.
Romeus de Busquetis.	
Petrus Burçoti.	
Petrus Terreni.	
Bernardus Turelli.	
Berengarius Ces Oliveres.	Civitatis Dertuse.
Johannes de Naters.	
Jacobus Matavaques.	Civitatis Vicensis.
Francischus Bover [1].	
Marchus Laurador, jurisperitus.	Villefranche Penitensis.
Petrus Oltzina.	Ville Berge.
Petrus Çabaterii.	
Raymundus Latonis.	Sancti Petri de Auro.

Et fuerunt pro parte dicte Curie assignati ad recognoscendum procuratoria et sindicatus eorum qui nomine aliorum ad celebracionem dicte Curie venerunt an sit suficiencia necne.

Venerabiles:

Raymundus de Cervaria, Decretorum Doctor, Decanus Urgelli pro parte Brachii Ecclesie.
Nobilis Bernardus de Angularia pro parte Brachii Milicie.
Petrus Terreni, legum Doctor, pro parte Brachii regalis.

Item, incontinenti omnes superius nominati, pro celebracione dicte Curie, in dicta domo presentes, sub protestacione tamen quod si aliquis seu aliqui de predictis Procuratoribus et Sindicis fuerunt reperti, previa examinatione, non habere suficiencia procuratoria et sindicatus, quod propter huiusmodi prestationem seu alias non videantur admissi, jurarunt ad Sancta Dei Evangelia ab eis tacta tenere secreta ea que in presenti Curia tractabuntur donec fuerint publicata et consulere super predictis iuxta eorum conscienciam legale atque bene.

Jurarunt eciam ad Sancta Dei Evangelia Guillermus de Muntmany,

[1] En el *Proceso* aludido se dice *Bonet*. V. *loc. cit.*, pág. 7.

Notarius, civitatis Barchinone in posse Francisci Soqueti, Notarii Ilerde, tenere secreta ea que in presenti Curia tractabuntur.

Et simul juramentum prestitit dictus Franciscus Soqueti in posse dicti Guillelmi de Muntmany.

Et simul juramentum prestitit in posse dicti Guillermi de Muntmany, Bernardus de Castellviy, Scriptor, sub jussione dicti Guillermi de Muntmany.

Simul juramentum prestiterunt in posse dicti Guillermi de Muntmany, Petrus Çacoma, Scriptor dicte Curie pro Brachio Ecclesie, et Franciscus Ferrarii, Scriptor ipsius Curie pro Brachio Militie.

Et nil aliud fuit quo ad presens actum seu processum in dicta Curia seu eius negociis, salvo quod ipsa Curia fuit continuata ad horam vesperorum presentis diey in domo predicta [1].

[2] Ad quam horam superius continuatam in dicta domo pro continuandis et tractandis actibus dicte Curie, fuit congregata dicta Curia.

In qua Curia comparuerunt infrascripti, qui simul juramentum prestiterunt prout prestiterant et predicti qui ad dictam Curiam convenerant, et sunt hii eorum nomina subsequentnr, videlicet:

Ex nobilibus et militibus.

Eymericus de Sentillis.
Berengarius de Crudillis.
Gilabertus de Crudillis.
Et Petrus Raymundi Çacosta, miles.

Et pro expediendis actibus ipsius Curie, ipsa Curia predicta consenciit quod dominus Rex faceret dispensacionem sequentem:

[3] Et ipsa die mercurii IX augusti dominus Rex de consilio et aprobacione Curie, dispensavit super defectu, si quis est, procuratorium et sindicatuum et super mora seu tarda illorum qui fuerunt vocati ad Curiam ut nondum venerunt, sic quod ab ipsa die mercurii ad XV dies proxime sequentes quicumque defectus ipsorum procuratorium et sindicatum valeat supleri. Et illi ex vocatis qui nondum venerunt, admitantur ad

[1] En el *Proceso* publicado se omiten los nombres de varios de los que prestaron juramento y se advierten otras variantes de pura fórmula, *loc. cit.*, pág. 8.

[2] V. *loc. cit.*, pág. 8.

[3] V. ídem íd.

ipsas Curias per dictum tempus xv dierum, non obstante aliqua Constitucione contraria que quo ad hunc actum nullius sit eficacie vel momenti, alia tamen in suo robore permanerent.

Et fuit continuata dicta Curia ad interessendum in domo predicta crastina die hora vesperorum.

[1] Die jovis x.ª die augusti anno predicto hora, scilicet, vesperorum eiusdem diei congregata dicta Curia in domo predicta, comparuerunt in ipsa Curia qui simile juramentum prestiterunt illi quod per predictos de Curia fuit prestitum, hii videlicet qui secuntur de Brachio Milicie.

Nobilis Rogerius Bernardi, Vicecomes Castriboni.

Venerabiles. . . .
- Guillermus de Argentona per la Vegueria de Barchinona.
- Raymundus de Gurb per la Vegueria Dosona, sotzvegueria de Moya e de Campredon, ço que no es del Senyor Infant.
- Bernardus de Tagamanent.

Et eisdem die et hora Jacobus de Altilione, Virgarius venerabilium Consiliariorum civitatis Barchinone, Berengarius Gali, portarius domini Regis, et Franciscus Vives, portarius domini Archiepiscopi Terraconensis, jurarunt in posse dicti Guillermi de Muntmany.

Et nil aliud dicta die in Curia predicta fuit actum seu processum, salvo quod fuit continuata ad interessendum omnes in predicta domo pro agendis, continuandis actibus ipsius Curie ad diem crastinam mane que erit dies veneris undecima die predicti mensis augusti.

In quibus die veneris et hora, congregata dicta Curia in domo predicta comparuerunt in ipsa inferius descripti qui simul prestiterunt juramentum prout prestiterant alii de dicta Curia, videlicet:

Frater Andreas Monseny, yconomus et Procurator Abbatis Sanctarum Crucum.

Nobiles. .
- Arnaldus de Capraria [2]. . . . . .
- Ferrarius de Castelleto per la Vegueria de Manresa. . . . . .
- Guillermus de Palafols per se. . . .

} De Brachio Milicie.

[1] V. *loc. cit.*, pág. 8.

[2] Omitido este nombre en la sesión de este día del *Proceso* public. V. *loc. cit.*, pág. 9.

Jordanus de Sabrano, Decretorum Doctor. . } Sindici civitatis Ilerde.
Anthonius de Naves [1]. . . . . .
Arnaldus de Banyuls. . . . . Sindicus Cauquiliberi.
Et Jacobus de Termenes. . . . . Sindicus ville Montisalbi.

Et dicta die Curia predicta deliberavit quod certe persone que essent sex in numero, videlicet, due pro quolibet Brachio eligerentur ad ponendum in scriptis ea que necessaria sunt pro deffensione Regni Sardinie ac pro deffensione et tuicione et bono statu Principatus Cathalonie et ea posita de eisdem faciendum relacionem in Curia.

Et confestim fuerunt electi sequentes, videlicet:

Pro Brachio Ecclesie.

Decanus Urgellensis.
Et frater Petrus Toloni.

Item pro Brachio Milicie.

Raymundus de Juyano. . . . . } Milites.
Et Ferrarius de Casteleto.. . . . . .

Item pro Brachio civitatum et villarum.

Bernardus Turelli.
Et Anthonius de Naves.

Et hiis peractis, fuit dicta Curia continuata ad horam vesperorum eiusdem diey.

Qua hora vesperorum dicta Curia fuit congregata et nil aliud fuit processum, salvo quod dicta Curia super actibus et negociis ipsius Curie fuit continuata ad diem crastinam mane.

[2] Die lune hora terciarum XIIII presentis mensis augusti, congregata in dicta domo Curia predicta pro expediendis actibus et negociis ipsius Curie comparuerunt ad dictam Curiam infrascripti qui, prestito per eos prius juramento, fuerunt admissi ad tractatus ipsius Curie, videlicet:

Guillermus de Cumbis, Prepositus Ecclesie Terraconensis.
Nobilis Berengarius de Ribellis.

[1] Omitido este nombre en la sesión de este día del *Proceso* public. V. *loc. cit.*, pág. 9.
[2] V. *loc. cit.*, pág. 9.

Pauquetus de Pulcro Castro, miles, per la Vegueria de Rossello.
Asbertus Durfortis.
Simon Dampuries per la Vegueria de Cervera.
Geraldus de Sanahuge.
Dalmacius de Biert, Procurator nobilis Hugoni de Sancta Pace.
Ermengaudus Martini.. . . . . } Sindici ville Perpiniani.
Et Berengarius Fare [1]. . . . . }

[2] Qua hora vesperorum fuit in predicta domo congregata dicta Curia et fuit continuata ad diem mercurii sequentem que erit XVI dies prelibati mensis augusti.

[3] In qua die mercurii fuit congregata dicta Curia in domo predicta pro actibus ipsius Curie expediendis et super eisdem actibus nichil fuit actum seu processum.

[4] Postmodum vero die jovis decima septima predicti mensis augusti congregata in dicta domo Curia supradicta pro actibus et negociis ipsius Curie admissi, videlicet:

Frater Arnaldus Sagadella, Procurator Abbatis Monasterii Populeti.
Berengarius de Rippis, miles.

Et quasi eodem instanti accessit ad dictam Curiam, ut supra proxime dictum est, in dicta domo congregatam, Illustrissimus dominus Rex predictus, et proposuit in eadem Curia subsequentia verba in effectu: Quod licet in Proposicionem quam pridem fecit dicte Curie in eius Regio Palacio generaliter petierit consilium et auxilium super defensione regnorum et terrarum eiusdem, nichil specialiter, super ipsa defensione explicando, attamen quia expedit quod ipsius et terre sue necessitas specialiter designetur, dixit et exposuit verbotenus necessitatem in qua insula Sardinie de presenti posita est quamquidem necessitatem seriatim exprimere non oportet cum satis ipsa necessitas patefiat, et nisi per ipsum et Curiam predictam de salubri remedio provideatur speratur quod in brevi ipsa insula per Judicem Arboree occupetur. Quare idem dominus Rex, explicando intencionem suam, peciit consilium super tri-

[1] En el *Proceso* public. se lee en lugar de este nombre el de *Petrus Fabre.*
[2] Sesión omitida en dicho *Proceso, loc. cit.*, pág. 10.
[3] Idem íd.
[4] V. *loc. cit.*, pág. 10.

bus articulis sequentibus: Primum, si expedit quod ipse dominus Rex accedat personaliter ad dictam Insulam pro ipsius defensione et tuicione. Secundum, casu quo de ipsorum consilio non expediat Ipsum ad dictam Insulam accedere quis accedet prima ratione et cum quo esfortio, tam armate galearum quam equitum et peditum comitiva. Tertium si dictum esforcium fieri est possibile cum suis naturalibus vel cum extraneis gentibus simul vel cum extraneis et ipsius naturalibus conjunctim. Et dato super hiis tribus articulis consilio, peciit ab ipsa Curia auxilium ac juvamen necessarium et expediens in predictis.

Quibusdam consilio et auxilio per dictum dominum Regem propositis et explicatis, dicta Curia retinuit sibi deliberationem super propositis per Eundem.

[1] Et eciam omnes de Brachio Milicie qui ad dictam horam in dicta Curia convenerunt ad invicem concordantes pro eorum parte, ad audiendum, videndum et raciocinandum Gravamina dicti Brachii et super ipsis Gravaminibus instandum debite provideri, elegerunt nobiles et venerabiles.

Bernardum de Angularia. . . . .)
Johannem de Montebovino. . . . . } Milites.
Et Raymundum de Fuyano. . . . .)

Deinde dicta Curia in predicta domo fuit continuata ad horam vesperorum eiusdem diey.

[2] Ad quam horam fuit in predicta domo dicta Curia congregata et comparuit ad eandem Guillermus Ferrarii, Sindicus Universitatis Minorise, qui prius prestito per ipsum juramentum prout alii ad dictam Curiam convocati juraverant, fuit admissus ad tractatus ipsius Curie.

Et fuit dicta Curia continuata pro actibus et negociis ipsius Curie continuandis et expediendis in predicta domo ad diem veneris crastinam.

[3] In qua die veneris superius continuata XVIII augusti anno predicto congregata dicta Curia in predicta domo, comparuit ad eandem reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Petrus Archiepiscopus Terraconensis qui, primitus prestito per ipsum juramento ad Sancta Dei

[1] De la reunión del Brazo militar y del acto acordado por el mismo no se hace mérito en la sesión de este día del *Proceso* public., *loc. cit.*, pág. 11.

[2] V. *loc. cit.*, pág 11.

[3] Idem íd.

Evangelia, more solito Prelatorum, in posse venerabilis Prepositi ecclesie sue Tarracone prout alii ad dictam Curiam convocati prestiterant, fuit benigne admissus ad tractatus ipsius Curie.

[1] Die sabbati, XIX.ª die predicti mensis augusti, in domo predicta fuit dicta Curia congregata super actibus et negociis ipsius Curie continuandis.

[2] Item die lune circa horam terciarum vicesima prima die dicti mensis augusti congregata dicta Curia in domo predicta comparuerunt ad ipsam Curiam infrascripti qui, prius prestito per ipsos juramento prout prestiterant alii de dicta Curia, fuerunt ad tractatus ipsius Curie benigne admissi et sunt hii, videlicet:

Bernardus de Vilademany, de Brachio Milicie.
Petrus de Pratis. . . . . } Sindici Universitatis civitatis Gerunde.
Et Raymundus de Boxols. . . . }

[3] Et quasi eodem instanti fuerunt electi per Brachium Ecclesie ad Gravamina recognoscenda:.

Johannes de Ortoneda, Decanus ecclesie Terracone.
Raymundus de Cervaria, Decanus ecclesie Urgellensis, Procurator capituli Sedis eiusdem ecclesie.
Guillermus Janer, Canonicus Barchinone, Procurator capituli Sedis Barchinone.
Frater Petrus Toloni, Procurator Prioris Catalonie.

Item per Brachium *(en blanco)*.

[4] Subsequenter vero die martis XXII.ª die dicti mensis augusti, congregata Curia prelibata in predicta domo consilii, prefatus dominus Rex constitutus personaliter in dicta Curia dixit in presencia ipsius Curie placeret sibi quod, dimisso consilio per Eum supra petito, quod ipsa Curia procederet ad tractandum super dono et auxilio per Eum postulato pro sucursu et defensione Regni Sardinie supradicti. Postquam

[Fol. 26 v.] E los demunt dits Capitols, Senyor, offer e dona la dita Cort, suplicant humilment a la Vostra Senyoria que de tots comunament, segons que demunt son contenguts, sien per vos, Senyor, fetes Constitucions e Ordinacions e no dalcu o dalcunes daquells departidament sens los altres, com axi, Senyor, sia estat acordat per la dita Cort, per tal, Senyor, car si de partida dels dits Capitols e no de tots comunament se feyen Constitucions e Ordinacions, seguir sen hia dampnatge a alcu o alscuns dels Brasses de la dita Cort.

Quibusquidem Capitulis per predictam Curiam jamdicto domino Regi oblatis, ut predicitnr, idem dominus Rex ipsis noluit consentire nec inde eis Constituciones seu Ordinaciones facere, licet inde sibi extitisset per predictam Curiam suplicatum.

(Aquí termina el Manuscrito, apareciendo en blanco los dos tercios inferiores del 26 hasta el 42 y último.)

XIV

Á LAS CORTES DE CERVERA DE 1359

(Tomos II, pág. 135; III, pág. 375, y XII, pág. 369.)

Fragmento de un Proceso de estas Cortes [1].

Die lune quartadecima die octobris anno a Nativitate Domini M. CCC. L. nono proposuit dominus Rex in ecclesia majori ville Cervarie negocium pro quo Curiam duxerit evocandam. Fol. 1.

Et facta Proposicione predicta, incontinenti respondit pro parte Ecclesie reverendus in Christo pater dominus P. Archiepiscopus Tarrachone, et pro parte baronum et militum nobilis Artaldus de Capraria, assistente sibi venerabili Bernardo de Ultzinellis, etc., et pro parte civitatum et villarum venerabilis Eymericus de Usay, civis Barchinone, assistente sibi P. de Muntanyana, cive Ilerde.

Item die mercurii sextadecima die octobris anno predicto fuerunt electi pro parte domini Regis et pro parte Prelatorum, nobilium et militum et civitatum, etc., ad examinandum instrumenta procuracionum sindicatum hii qui secuntur:

Pro parte domini Regis.

Reverendus in Christo pater dominus P., Dei gracia Archiepiscopus Tarrachone.
Bernardus de Ultzinellis, miles, Legum Doctor.

Pro parte Prelatorum, etc.

Romeus de Cumbis, Prepositus Tarrachone.
A. de Busquetis, Legum Doctor.

[1] Archivo Municipal de Barcelona.—Cuaderno manuscrito in folio, sin cubiertas ni foliación, compuesto de tres pliegos, cosidos consecutivamente, que se conserva en el legajo rotulado «*Cortes.—Siglo XIV.*» Por la calidad del papel y el carácter de la letra parece coetáneo de las Cortes de su referencia.

Pro parte Nobilium et militum.

Geraldus de Palaciolo, Legum Doctor.
Berengarius de Corbella.

Pro parte Civitatum, etc.

P. Terreni, Legum Doctor.
P. de Podio, Jurisperitus.

Fol. 1 v. Die jovis septima decima die octobris anno predicto fuerunt electi ad revocandum Constitucionem factam in villa Perpiniani per dictum dominum Regem super, etc., hii qui secuntur:

Pro parte domini Regis.

Reverendus in Christo pater dominus P. Archiepiscopus Terrachone.
Franciscus Roma, Legum Doctor.

Pro parte Prelatorum.

Venerabilis in Christo pater dominus Berengarius, divina Providencia Episcopus Gerundensis.
Frater A. de Pictibus *(sic)* tortis, Prior Cathalonie.
Romeus de Cumbis, Prepositus Tarrachone.
A. de Busqnetis, Legum Doctor.

Pro parte Nobilium, etc.

Hugo, Vicecomes Cardone.
Franciscus de Pulcro Castro.
Geraldus de Palaciolo, Legum Doctor.
Berengarius de Corbella.

Pro parte Civitatum.

P. Terreni, Legum Doctor.
P. de Podio.
Arcisius de Sancto Dionisio.
Franciscus Taulerii.

Item, predicta die fuit assignata dies ab continuandum in dicta Curia ad diem sabbati proxime venientem. Fol. 2.

Item, dicta die fuit congregata Curia in dicta ecclesia et nichil processit super facto dicte Curie, sed fuit assignata dies ad continuandum in dicta Cnria ad diem martis proxime venientem.

Item, die lune anno predicto fuit facta preconitzacio in dicta villa per dominum Regem in qua predictus dominus Rex prorogavit dictam Curiam usque ad diem mercurii proxime venientem.

In dicta die fuerunt electi Tractatores, scilicet, in domo Monasterii Sanctarum Crucum hii qui secuntur:

Pro parte Prelatorum, etc.

(Sigue un espacio en blanco.)

Pro parte Nobilium, etc.

A. de Pratis, Procurator incliti Infantis Ferdinandi.
Comes Urgelli.
Vicecomes Cardone.
Comes Ausonie.
P. Galcerandi de Pinosio.
A. de Arillo.

Militum.

Franciscus de Pulcro Castro.
A. Guillelmi de Basora, loco ipsius Poncius de Altariba.
Johannes Berengarii de Rajadello.
R. Berengarii de Villalibera.
R. A. de Ciraria.
A. de Cervilione.
P. de Munt Senis.
Bartholomeus de Falchs, loco ipsius Bernardus de Podiolo, miles.
Micer Guerau de Palou. . . . . } Pro Brachio baronum et militum.
Micer P. R. de Montelongo. . . . . }

Pro parte Civitatum, etc.

Eymericus de Usay.	Barchinone.
Romeus de Busquetis.	
P. de Plano	
P. de Muntanyana.	Ilerde.
P. de Carcassona.	
P. de Podio, Jurisperitus.	
Franciscus Pabia.	Gerunde.
Narcisius de Sancto Dionisio, Legum Doctor.	
Raymundus Eymerici.	Minorise.
P. Borroni.	Perpiniani.
Franciscus Taulerii, Jurisperitus. . .	
Bernardus Gili.	Cervarie.
P. Clemens.	Podiiceritani.

Item, die jovis et die veneris continuaverunt predicti Tractatores in dicta Curia.

Item die sabbati sequenti fuit assignata hora ad procedendum in dicta Curia in vesperis eiusdem diei.

Item, dicta hora vesperorum fuit assignata dies ad procedendum in dicta Curia ad diem martis proxime venientem.

Fol. 3. Item, dicta die jovis fuerunt electi ad recognoscendum Gravamina hii qui secuntur:

Pro parte Prelatorum et personarum ecclesiasticarum.

Romeus de Cumbis, Prepositus Tarrachone.
A. de Busquetis, Legum Doctor.
Galcerandus de Muntcorp.
Berengarius de Podiolo, Canonicus Vicensis.
Guillelmus Arnaldi, Legum Doctor.

Pro parte Baronum et militum.

Hugo, Vicecomes Cardone.
A. de Cervilione.
Geraldus de Palaciolo, Legum Doctor.
Raymundus de Campo, Legum Doctor.
P. Galcerandi de Pinosio.

Pro parte Civitatum et villarum.

Romeus de Busquetis.
P. de Carquessona.
P. Terreni, Legum Doctor.
Petrus de Podio, Jurisperitus.
Franciscus Taulerii.
Narcisius de Sancto Dionisio, Legum Doctor.
P. de Tallada, Jurisperitus.

Item, die mercurii continuaverunt predicti Tractatores super predictis. Fol. 3 v

Item, die jovis fuerunt electi ad tractandum cum domino Rege super subscripta Gravamina hii qui secuntur:

Pro parte Prelatorum.

Archiepiscopus Tarrachone. . . . . .
Episcopus Gerundensis. . . . . .
Prepositus Tarrachone. . . . . .
A. de Busquetis. . . . . .

Pro parte Baronum.

Comes Urgelli.
Vicecomes Cardone.
Arnaldus de Cervilione.
Franciscus de Pulcro Castro.

Pro parte Civitatum.

P. de Plano. . . . . .
P. de Muntanyana. . . . . .
Franciscus Pabia. . . . . .
P. Borroni. . . . . .

Fol. 4. Item, die sabbati secunda die novembris omnes predicti Tractatores continuaverunt super negocia dicte Curie.

Item, die lune fuit congregata tota dicta Curia in predicta domo et elegerunt ad faciendum et recognoscendum Gravamina hii qui secuntur, et fuit data hora ad procedendum super predicta Gravamina ad vesperos eiusdem diey:

Pro parte Ecclesie.

Prepositus Tarrachone. . . . . .
A. de Busquetis, Legnm Doctor.. . .
G. A. Palau, Legum Doctor. . . . . .

Pro parte Baronum.

Geraldus de Palaciolo, Legum Doctor.. . . . . .
P. Raymundi de Montelongo, Legum Doctor. . . . . .
R. de Nogaria.. . . . . .

Pro parte Civitatum.

P. Terreni, Legum Doctor. . . . . .
P. de Podio, Jurisperitus.. . . . . .
Narcisius de Sancto Dionisio, Legum Doctor. . . . . .
Franciscus Taulerii, Jurisperitus. . .

Fol. 4 v. Item, die martis quinta die novembris anno predicto omnes predicti Tractatores continuaverunt super predictis.

Item, die mercurii sequenti fuit congregata tota dicta Curia in dicta domo et elegerunt de Bratxio nobilium et militum iu loco Arnaldi Guillelmi de Basora qui absens erat a dicta villa et erat unus de Tractatoribus electus venerabilis Poncius de Alta riba, miles. Et in loco venerabilis Bartholomei de Falchs, qui similiter erat unus de Tractatoribus electus et erat absens a dicta villa Bernardus de Podiolo, miles.

Item, die jovis et die veneris sequentibus omnes predicti Tractatores fuerunt congregati in dicta domo et continuaverunt super negocia dicte Curie.

Item, die sabbati nona die novembris anno predicto fuerunt electi et publicati ad recognoscendum et examinandum Gravamina tam generalia quam specialia hii qui secuntur:

Pro parte Prelatorum.

Guillelmus Arnaldi Palau, Legum Doctor.
Arnaldus Fresch.
Jacobus sa Yngla.
Berengarius de Podiolo.
Abbas Campirotundi.
Galcerandus de Montecurvo.
Archidiaconus Dertusensis.

Pro parte Baronum.

P. Galcerandi de Pinosio.
A. de Arillo.
R. A. de Ciraria.
Franciscus de Pulcro Castro.
Geraldus de Palaciolo.
P. Raymundi de Montelongo.
Jacobus de Munellis.

Pro parte Civitatum.

P. Terreni.
P. de Podio.
Narcisius de Sancto Dionisio.

Franciscus Taulerii.
Valentinus de Petra.
P. Clemens.

Fol. 5. Item, dicta die sabbati fuerunt electi ad tractandum de dono hii qui secuntur:

Pro parte Prelatorum.

Archiepiscopus Tarrachone.
Episcopus Gerunde.
Prepositus Tarrachone.
A. de Busquetis.
A. Fresch.
Frater Raymundus de Pratis.

Pro parte Baronum.

Comes Urgelli.
Comes Ausonie.
Vicecomes Cardone.
Berengarius de Podiolo.
Johannes Berengarii de Rajadello.
Poncius Daltariba.

Pro parte Civitatum.

P. de Plano.
P. de Muntanyana.
Franciscus Pabia.
R. Eymerici.
P. Borroni.
Bernardus Gili.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone.

(Sigue un espacio de dos líneas en blanco.)

Fol. 5 v. Item, die dominica de mane fuit facta preconitzacio in dicta villa per preconem publicum ut omnes de illi qui erant recepti in dicta Curia fuissent in dicta domo ad horam vesperorum eiusdem d[i]ey.

Item, dicta hora fuit congregata tota dicta Curia in dicta domo et tractaverunt super negociis dicte Curie.

Item, die lune, die martis, die mercurii, die jovis, die veneris et die sabbati omnes predicti Tractatores continuaverunt super predictis.

Item, die lune et die martis sequentibus continuaverunt predicti Tractatores super predictis.

Item, die mercurii fuit facta preconitzacio in dicta villa ut omnes illi qui ad dictam Curiam venerant fuissent ad diem jovis de mane in dicta ecclesia congregati.

(Sigue en blanco la segunda mitad del folio 5.)

In nomine . . . . . *(Continúa en blanco todo el folio* 6, *último del cuaderno.)* Fol. 6.

XV

A LAS CORTES DE BARCELONA DE 1362[1]

(Tomo XII, pág. 467)

Fragmento de un Proceso.

[2] Molt alt Princep e Senyor:

Fol. 1. A la demanda del Consell e de la ajuda per Vos, Senyor, feta en la present Cort, Vos respon lo Braç de les ciutats, viles e lochs reyals de Cathalunya per si matex, en la forma devall scrita, per tal com de la resposta comuna los III Braçes de la Cort nos som poguts acordar.

Primerament, Senyor, Vos consella lo dit Braç que en defensio del Principat de Cathalunya, per ço que les dites grans companyes entrar ne dar dan en aquell no puguen, axi com faeren en lo mes dagost prop passat, que tingats en les fronteres de Rossello o en aquelles parts que necessari sera CCC. homens a cavall, la meytat armats e la meytat alforrats, e M. ballesters a sou Vostre, los quals sien en les dites fronteres lo primer dia dabril primer vinent o en aquell temps que a Vos, Senyor, parra que les dites grans companyes pusquen hosteyar. E no res menys que Vos, Senyor, tingats stablides be totes les forses de Rossello e dels Comdats en tal manera que les dites companyes no poguessen donar dan a aquelles. E encara levar viandes en Rossello e als dits Comdats e tenir espies envers les dites grans companyes. E que dels demunt dits homens a cavall e de peu sia cap alcuna notable persona a la qual sia comenada la ordinacio de la dita deffensio qui stigue en aquelles partides qui pus neeessaries sien a la terra.

Item, Senyor, que en lo temps que les dites grans companyes entren en Cathalunya ab tal poder ques poguessen batallar ab Vos, Senyor, e

[1] Aunque el documento inserto en el texto carece de fecha, parece indudable que formaba parte del Proceso de las Cortes de Barcelona de 1362, porque la irrupción de las *grandes compañías* por la frontera franceaa, á que alude *nominatim*, aconteció precisamente poco tiempo antes, según ZURITA, *Anales de Aragón*, lib. IX, cap. 35.

[2] ARCHIVO MUNICIPAL citado.—El transcrito documento, sin fecha, ocupa las dos páginas del primer folio de un pliego de papel in folio, que se conserva dentro de un legajo rotulado: «*Cortes.—Siglo XIV.*» Los caracteres caligráficos del documento y el papel en que está escrito, revelan sin la menor duda que pertenecen á los usados en el siglo XIV.

dampnifficar la terra e per pendra e co[m]batre lochs, viles e castells, que en aquell cas Vos, Senyor, haiats M. homens a cavall, la meytat armats e la meytat alfforrats, e M. ballesters lo sou dels quals sia VII solidos per cavall armat e V. solidos per cavall alforrat e II. solidos VI. diners per ballester, e sia pagat per tots los III. Braçes e per tots los homens poblats en Cathalunya per bona egualtat e per raho axi com tots ne som tenguts segons dret natural e segons dret de la terra. E lo dit Braç soffer apparellat de pagar en la ajuda demunt dita la part qui per raho e per dret de la terra ne sia tengut de pagar, egualtat servada e les altres parts sien pagades per los altres dits II. Braçes e homens lurs o que sien forsats per Vos, Senyor, de anar personalment ab lur messio en les dites partides a deffendre la terra.

Enten empero, Senyor, lo dit Braç de les ciutats, viles e lochs reyals que encars que los altres II. Braçes o la I. daquells, o alscuns singulars dels dits Braçes no pagas en la part a ells pertanyent en los dits homens a cavall e de peu o no anassen tots ells e homens lurs personalment en la deffensio de la terra, que la present proferta sia hauda per no feta.

Item encars, Senyor, que los dits II. Brasses se acordassen a fer semblant proferta Vos, Senyor, no pugats fer a ells ne a alcun dells neguna lexa ne allongament per composicio o per altra manera. E en cas, Senyor, quen fessets que axi matex la present proferta fos hauda per no feta. E que les dites coses Vos, Senyor, jurets en reebats sentencia de vet del Arquebisbe de Tarragona si en res contra fahiets.

Item, Senyor, que Vos usant de la present proferta no puxats contra lo dit Braç usar del Usatge **Princeps namque**, ans Vos, Senyor, Vos haiats a tenir per content de la proferta dessus dita.

La present resposta en quant tocha la dita ajuda, Senyor, fa e enten a fer lo dit Braç, e no en altra manera, ab altres çertes maneres e condicions, retencions e excepcions, les quals lo dit Braç ha acostumades de demenar e Vos, Senyor, de atorgar, e encara ab altres coses rahonables, los quals, Senyor, de present per la brevitat del temps no us pot specifficar.

Protestan, Senyor, ab deguda reverencia que a alscunes assignacions per Vos, Senyor, fetes. lo dit Braç no enten a consentir ans a dissentir com entena que sien prejudicials a tota la Cort, ans protesta que per aquell acte per tal com es fet voluntariament en lo present die no sia prejudici ne puxa esser tret a consequencia per Vos, Senyor, e vostres succehidors.

XVI

Á LAS CORTES DE BARCELONA, LÉRIDA Y TORTOSA DE 1364-1365 (Tomo II, pág. 332.)

I

[Procuratorium domine Regine.]

Fol. 17, línea 9. «Pateat universis quod Nos Petrus, Dei gracia Rex Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie: Prospicientes quod onus cum honore Principibus orbis terrarum a summo Rege impositum ipsos modo debito solicitat et induxit, ut juxta temporum varietatem disponant et ordinent facta sua, et secundum negociorum materiam ad ea pertractanda et agenda personas aliis procellentes moribus et honore preficiant laude dignas: hac itaque consideracione ducti, attendentes, quod vigente guerra ad modum crudeli totique religioni christiane pessima et dampnosa inter Nos ex una parte et Regem Castelle, publicum hostem nostrum, ex altra, qui nefarie veniens contra federa inter Nos et ipsum diversis modis et vicibus
Fol. 17 v. inita, juramentis et homagiis et áliis penis spiritualibus et temporalibus invicem roborata, jam diversas civitates, villas, castra et loca Nostrorum Regnorum Aragonum et Valencie indebite occupavit et neque etiam domo detinet occupatas et occupata hiisque non contentus ad invadendum et occupandum dictorum Regnorum et aliarum terrarum nostrarum residuum si poterit quod absit, tam per mare quam per terram intensis affectibus comminatur continuisque actibus comoli-

[1] Archivo Municipal citado.—Este documento ocupa los folios XVII (línea 9) á 21 v. y último útil de un cuaderno in folio, cosido, con cubiertas de papel de la misma calidad que la de dichos folios, reforzadas aquéllas en el lomo por medio de dos tarjas hexagonales de pergamino. En la parte superior de la cara anversa se lee el siguiente epígrafe: «*Visus. Pro guerra Castelle = Capitula facta super dono per Generale Cathalonie conceso domino = Regi in Curia Barchinone celebrata in anno MCCCLXIIII.º per = Illustrissimam dominam Reginam Elionorem. In quibus est inserta potestas dicte domine Regine = MCCLLGIIII.º*»

El expresado cuaderno se custodia en el legajo rotulado «*Cortes.—Siglo XIV*». y tanto por la clase del papel como por el carácter de la letra revela que es contemporáneo de las Cortes de su referencia.—Los folios del cuaderno están numerados con cifras romanas hasta el XVII, en que empieza el documento. Los siguientes á éste se hallan en blanco.

tur in sui pertinaci et obstinata ferocitate confidens, opportet Nos eiusdem Regis pravis conatibus obviare, eique personaliter congregatis undique Nostrorum fidelium viribus cum Dei abjutorio qui superbis resistit humilibus autem dat gratiam resistere manu forti et ad reintegrandum honorem nostri Regii diadematis et utilitatem nostre rei publice super occupatis per ipsum Regem procedere sint et convenit Nostre Regie dignitati, et pro expedicione solerti negocium huiusmodi occurrat, valde nobis necessarium a Nostris fidelibus subditis, tam personarum quam peccunia utilia subsidia postulare. Et expediens videatur quod faciendo premissa postulatio subsidiorum et alia que ad regimen bonum statum et utilitatem regnorum et terrarum nostrarum pertinent uullatenus omitantur. Idcirco. considerantes, quod Nos vaccantes sint et convenit circa restauracionem et deffensionem dictorum regnorum et terrarum Nostrarum ac reintegracionem premissam ubique presencialiter esse non possumus. Animadvertentesque quod Deus Omnipotens creans Adam ipsum in Paradiso deliciarum posuit et tanquam cuncta providens ab eterno sciens ipsum huius inconstantis mundi caris sollicitudinibus et oneribus subditurum, extracta costa ab eius latere, illi fecit et dedit adjutorium et consortem que a latere sumpta suarum partem solicitudinem supportaret et ipsos duos fore unam carnem huiusmodi consortii constituit vinculo conjugali ad excelsam providenciam et providam ac circunspectam excellenciam vestri Illustris Alienoris Regine Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie Fol. 18.
et Corsice, Comitisseque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, conjugis Nostre carissime, Nostre mentis aciem dirigentes quamvis Inclitum et magnifficum Infantem Johannem comunem Primogenitum Nostrum carissimum Ducem Gerunde, Comitemque Cervarie, tanquam de propriis lumbis susceptum a Nobis vel ut solis radium procedentem ac alios diversos viros providos generis ac virtutum claritatis prospicuos, tam in genere quam in specie, in regnis Nostris comitatibus atque terris, privilegiis et apicibus Nostris unicuique ipsorum indultis locatenentes Gubernatores, Procuratores et Ministros ordinaverimus ac Rectores, verumtamen quia ad hec personam aliquam sit utilem in hiis ordinare seu constituere minime valeremus, nomine nostro proprio, et tanquam pater et legittimus administrator dicti Primogeniti Nostri Ducis Gerunde et Comitis Cervarie, vos dictam Illustrem Reginam que vinculo conjugali estis Nobis adjutorium consorcium et caro unita presentem et huiusmodi onus et honorem suscipientem, ac a Nostro latere procedentem, in universis predictis regnis Nostris, comitatibus atque terris quibus Nos et vos utique simul Dei gracia presidemus, huius scripti Nostri

seu instrumenti publici firmiter valituri serie et tenore, prealiis omnibus Nostris locatenentibus, Gubernatoribus, Procuratoribus seu Ministris Locumtenentem Nostram Gubernatricem et Procuratricem generalem prefacimus, constituimus ac etiam ordinamus prefectam, constitutam et ordinatam serius dictis locatenentibus, Gubernatoribus, Ministris ac Rectoribus, ac universis et singulis Officialibus et subditis Nostris presentibus et futuris constitutis vel degentibus ubilibet nunciamus. Dantes et concedentes vobis plenam et liberam potestatem cum plenissima facultate quod vice, loco et nomine Nostris in Nostrique personam et tanquam generalis Locumtenens et Procuratrix Nostra possitis in
Fol. 18 v. quibuscumque partibus regnorum, comitatum et terrarum Nostrarum et in illis civitatibus, villis seu locis et illis personis ubi et quibus Nobis videbitur, tam pro dictis postulandis subsidiis, quam pro quibuscumque aliis bonum regimen, curam, administracionem, deffensionem atque statum prosperum regnorum, comitatum et terrarum Nostrarum predictarum, simul vel divisim concernentibus: generales et speciales Curias et Parlamenta generalia vel specialia regnicolis ac incolis dictorum regnorum, comitatum et terrarum Nostrarum, tociens quociens vobis visum fuerit convocare, indicere et mandare, ac per Nos seu vos convocatas, indictas seu mandatas, et indicta, convocata seu mandata, ac convocandas, indicendas seu mandandas, indicendaque convocanda seu mandanda celebrare et continuare, necnon loca et tempora ipsarum et ipsorum semel et pluries mutare et prorogare, ipsasque et ipsa diffinire, determinare, perficere et licenciare, prout vobis magis expediens videbitur seu etiam opportunum et prout etiam Nos possemus si personaliter hiis presentes essemus. Positis inquam in ipsis Curiis et Parlamentis et extra quaque sint et ubicumque et alia sine ipsis, tam generaliter quam specialiter, foros, Constituciones, leges, statuta, edicta, ordinationes, provisiones, privilegia et gratias sub quacumque verborum forma concipiendos, concipiendas et concipienda prout vobis videbitur decernere, facere, statuere seu etiam ordinare, et jam factos, factas vel facta seu ordinatos, ordinatas vel ordinata confirmare, corrigere et mutare eisque addere vel ab eis detrahere, minuere seu aufferre prout Nos possumus seu possemus. Necnunc in quibuscumque partibus dicti Nostri dominii monetas cuiuslibet metalli, tam auri quam argenti, quam cuiusvis alius fieri seu cudi facere. Et ligas seu comix-
Fol. 19. tiones metallorum disponere seu etiam ordinare. Et signa sive figuras ipsarum monetarum ordinare sive ordinatas mutare, tociens quociens ac prout vobis videbitur faciendum. Positis et demum quascumque civitates, villas, castra et locha Nostra seu predicti Primogeniti Nostri

ubilibet constitutas et constituta visitare, e[t] quascumque provisiones seu ordinationes Nobis vel eisdem aut eorum incolis necessarias, utiles vel opportunas facere, concedere et mandare: et tam contra Officiales Nostros quam alias personas quascumque Nobis subiectas, cuiusvis preheminencie, dignitatis, status, legis, sexus vel Condicionis existant, de quibuscumque criminibus, excessibus vel delictis diffamatas seu inculpatas exacto tempore vel futuro inquirere seu inquiri facere ac procedere per quoscumque Officiales vel Comissarios quos ad hec duxeritis deputandos, et culpabiles punire juxta ipsorum demerita vel eisdem absoluciones, remissiones, relexaciones, transacciones et deffiniciones, tam graciosas quam peccuniarias et tam speciales quam generales, concedere, facere et mandare invocantesque diffamatos, denunciatos, sive delatos absolvere, sive culpabiles fuerint sive non, ac dictos Officiales et quemlibet ipsorum pro eorum demeritis vel alia ab officiis eis comissis suspendere et etiam removere et dicta officia personis aliis quibus malueritis comendare. Necnon quascumque potestates eorum que pro Nobis vel dicto Infante ubicumque inter Nostram dicionem et per quascumque personas tenentur petere pro Nobis predictis nominibus et ipsorum utroque tociens quociens vobis bene visum fuerit, ipsasque restituere et tornare vel etiam retinere. Et quoscumque processus ad hec necessarios vel enantamenta facere vel fieri facere per illum seu illos quem vel quos ad hec duxeritis deputandos. Et insuper, contra quascumque personas Nobis rebelles, delinquentes vel adversarios cuiusvis gradus, preheminencie, status, legis, sexus vel Condicionis existant, exercitus quoscumque convocare seu convocari facere et congregari ac etiam procedere seu procedi facere, tociens quociens aut prout vobis Fol. 19 v.
fuerit bene visum. Et quecumque jura nostra predictique Infantis ac dictorum regnorum et terrarum Nostrarum pro Nostri et ipsorum utilitate, salvitate et indempnitate, ut vobis videbitur utilia facere, gubernare, procurare, administrare, deffendere et tueri. Et hec omnia et singula supra dicta facere possitis illis modis, formis et condicionibus quibus ea melius fore noveritis facienda. Possitis et rursus dicto nomine Nostro, et in Nostri persona nominibus antedictis, utroque ipsorum generaliter facere, concedere, decernere, dispensare, providere, comitere, mandare, precipere etiam et firmare omnes et singulas alias quascumque provisiones, dispensaciones ad regalem potestatem pertinentes, ordinaciones, statuta, decreta, privilegia, supplicaciones, edictas, remissiones et absoluciones penam mortis aut note seu infamie vel alia crimina quantumcumque duriora sive graviora fuerint, seu membri constitucionem tangentes et quaslibet alias et etiam quasvis

comissiones ordinacioni et provisioni dicte guerre vel alia predictis Nostris regnis et terris aut regnicolis vassallis et subditis seu quibusvis singularibus eorumdem vel eorum regimini, gubernacioni, tuicioni, deffensioni, utilitati et indempnitati qualitercumque et ubicumque necessarias, utiles ac etiam opportunas et tam etiam graciosas seu ex mera gratia quam ex debito justicie procedentes quam etiam alias quaslibet supplementum vel suppleccionem etatis, nativitatis, generis, temporis vel cuiusvis alterius deffectus quomodocumque tangentes prout de vestra processerit voluntate. Et cum omnibus illis quibuscumque sollempnitatibus, libertatibus, suppleccionibus, pactis, paccionibus, expressionibus, capitulis, securitatibus, firmitatibus, modis, formis, penis, obligationibus, conditionibus, convencionibus, renunciacionibus et cautelis ac jur.[is] [1] que in anima nostra prestare possitis ad predicta et ipsorum quodlibet necessariis ac etiam opportunis vel utilibus. Necnon et illi seu illis personis quas et que ac prout et quibus Nos facere, concedere, decernere, dispensare, providere, comittere, mandare, precipere et firmare possemus presencialiter constituti ac pro quibus ad Nos ut Principem vel Nostrum Consistorium per quamvis personas recurritur quovismodo. Positis etiam quascumque cartas, litteras, apices vel instrumenta de vel pro predictis aut infrascriptis seu aliquo eorumdem quovismodo necessarias vel necessaria seu oportunas vel opportuna vel alia comuniri, sigillari, expediri ac fieri facere et mandare in Nostri Cancellaria, et sub munimine et impressione Nostrorum sigillorum bulle seu magestatis vel comunis, et hoc juxta stilum seu ordinationem Curie Nostre vel Cancellarie predicte aut alia cum sigillis vestris prout hec magis congrua fore noveritis ac etiam oportunis. Possitis et denique generaliter omnia et singula regna Nostra predicta et comitatus predictos et omnia et singula alia bona et negocia nostra et Infantis predicti Ducis Gerunde et Comitis Cervarie pro Nobis nominibus quibus supra et in Nostri personam procurare, tractare, regere, gerere, deffendere, gubernare et administrare ac etiam omnia et singula alia quaque sint vel fuerint que ad Nostrum honorem Nostrique diadematis et provisionem, gubernacionem, administracionem ac regimen, deffensionem seu restauracionem, tuicionem, bonum et pacifficum ac tranquillum statum Nostre rei publice dictorumque regnorum et terrarum Nostrarum ac incolarum ipsorum et ipsarum noveritis opportuna pro Nobis predictis nominibus et utroque ipsorum in et super predictis omnibus et singulis in hoc instrumento contentis et depen-

Fol. 20.

[1] *Juramentis.*

dentibus vel emergentibus ex eisdem seu connexis et quolibet ipsorum facere et libere exercere plenarie et potenter et cum omni jurisdiccionis integritate et potestate maiori eisque juribus et prerogativis, que et quibus ac prout Nos possemus si personaliter adessemus etiam si talia fuerint que mandatum exhigant speciale aut maiore vel graviore serius Fol. 20 v.
expressatis, queque hic haberi volumus et decernimus pro expressis ac si de eisdem in huiusmodi instrumento essent de verbo ad verbum facta mencio specialis, Quem, super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et eis adherentibus ac connexis eaque tangentibus quoquomodo, et super generali regimine administracione omnium et singulorum predictorum et quorumcumque negociorum, regnorum, comitatuum, terrarum, civitatum, villarum, locorum et subditorum nostrorum ac predicti Primogeniti Nostri liberam et generalem administracionem plenarie cum presenti vobis comittimus ac vices Nostras cum plenissima facultate: Nos enim ex Nostra regali preheminencia et ex regie plenitudine potestatis, ac ex certa sciencia et consulte, omnem deffectum, siquis sit vel emerserit et omnem impedimentum obieccionem et obstaculum que de quocumque jure, foro, Constitucione, usu, usatico, consuetudine seu privilegio cuiusvis regni sive patrie possent premissis, per Nos vobis dicte Regine comissis et elargitis vel aliquibus premissorum obici seu apponi, aut in illis valeant, derogare nunc pro tunc, et tunc ut ex nunc huius serie tollimus totaliter et suplemus, et pro sublatis haberi volumus et jubemus. Promittimusque vobis necnon et Notario infrascripto tanquam publice persone pro personis quarum interest, intererit vel interesse potest seu poterit, hec omnia et singula supradicta, a Nobis stipulanti et recipienti. Eciamque juramus per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus Nostris corporaliter tacta, Nos utroque nomine predictorum et dictum Infantem Johannem de cuius ratihabicione teneri promittimus, quatenus predicta ipsum tangere dinoscatur habere ratum, gratum et firmum perpetuo, quidquid per vos dictam Reginam consortem Nostram ut generalem Locumtenentem Nostram sive ut generalem Gubernatricem, Procuratricem et Administratricem predictam super predictis omnibus et singulis et circa predicta et eorum quodlibet fuerit actum, procuratum, ordinatum, firmatum, provisum, Fol. 21.
administratum seu etiam gestum quomodolibet et nullo tempore revocare, nec in aliquo contrafacere vel venire, aliquo jure, causa vel ettiam ratione, sub Nostrorum ac Infantis predicti bonorum ypotheca. Mandantes cum presenti firmiter et expresse dicto Primogenito, Gubernatore et Locumtenenti nostro eiusque vices gerentibus, necnon Cancel-

lario, Vicecancellario, Protonotario, Consiliariis, Scriptoribus et portariis nostris ac aliis quibuscumque Officialibus Domus nostre et cuilibet eorunmdem: et nichilominus, universis et singulis Prelatis, Infantibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, richis hominibus, militibus, generosis, Universitatibus et singularibus personis, subditis Nostris ac aliis quibusvis Officialibus Nostris et cuique ipsorum et locatenentibus eorumdem ubilibet in dictis regnis et terris Nostris, citra et ultra marinis populatis, degentibus, habitantibus, presidentibus ac etiam constitutis cuiusvis gradus, status, preheminencie, legis, dignitatis, sexus aut Condicionis existant, quatenus huiusmodis comissionem nostram juxta sui seriem pleniorem firmiter observando, vos ut personam nostram ut premititur figurantes, pro generali Locumtenente, Gubernatrice et Procuratrice Nostra predicta teneant, habeant firmiter et observent vobisque et vestris ordinationibus, provisionibus, jussionibus et mandatis assistant, pareant, obediant et attendant promptibus affectibus in omnibus et per omnia sint: Nobis hanc autem comissionem nostram durare volumus quamdiu de nostro processerit beneplacito voluntatis. Quod est actum Cesarauguste, videlicet, in Palatio Archiepiscopi, ubi dicti dominus Rex et domina Regina hospitabantur, vicesima secunda die januarii anno a Nativitate Domini M.° CCCC.° LX.° quarto, Regnique dicti domini Regis vicesimo nono.—*P Cancellarius.*

Fol. 21 v. Sig✠num Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, Comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, qui hec laudamus, concedimus, firmamos et juramus, huicque publico instrumento sigillum Nostre Magestatis apponi jussimus impendenti.

Testes huius rei sunt: Raymundus de Vilanova, algutzirius Consiliarius, et G. de Uxio, uxerius armorum, milites, ac Petrus de Marginibus, Scriptor portionis de Consilio dicti domini Regis.

Sig✠num mei Petri Vitalis predicti Serenissimi domini Regis Scriptoris et eius auctoritate Notarii publici per totam terram et dominacionem, qui predictis, ut predicitur, interfui eaque scribi feci et propria manu clausi. Et constat de rasis et correctis, videlicet, in V.ª linea ubi legitur *ac*, et in VI.ª ubi dicitur *eiusdem Regis*, et in XVI.ª, ubi scribitur *regnis* et in XXIII.ª ubi continetur *videbitur seu* et in XLVIII.ª ubi corrigitur *et cum omni*, et in XLIX.ª ubi videtur *si*, et in eadem ubi continetur *haberi*, et in LXI.ª ubi apparet *exi*, et in LXII.ª ubi incipitur *pa.*, et in LXIII.ª ubi ponitur *epi.*, et in eadem ubi emandatur *dicti domini Regis*.

Registrata.

II

Littera exequtoria [1]. Fol. 52 v., línea 10.

Petrus, Dei gracia Rex Aragonnm, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Dilectis et fidelibus, universis et singulis Officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint, salutem et dileccionem. Cum in generali Curia que gentibus Principatus Cathalonie in civitate Dertuse noviter celebrata extitit super dono seu proferta facta Nobis et in deffensionem rei Fol. 53. publice dicti Principatus Cathalonie diversa Capitula fuerint ordinata, quorum copia sub Nostro sigillo universis et singulis de dicta Curia requirentibus fuit data, et aliqua ex eis concernunt gratias et favores concessas et concessos personis facientibus ipsum donum. Propterea vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus expresse ac de certa sciencia quatenus omnia et singula Capitula contenta et declarata in dicto dono seu proferta, prout ea in presenti quaterno Nostro sigillo munito contineri videbitur, teneatis et observetis ac eciam illa que per vos et singulos vestrum fuerint execucioni ducenda exequemini juxta ipsum continencium et tenorem. Alia a contrafacientibus vel ea non observantibus pene contente in ipsis Capitulis irremissibilem exigentur. Data Dertuse XXVI.ª die aprilis anno a Nativitate Domini M.º CCC.º L.º XV.º—*R. Nepot* [2].

III

Última prórroga de las sesiones.—Licenciamiento de las Cortes.

[3] Factaque itaque oblacione et publicacione dictorum Capitulorum Fol. 64 v. dicta domina Regina voluit et consensit, ipsa Curia approbante, quod

[1] Archivo Municipal citado.—Esta *Littera exequtoria* se halla extendida en un cuaderno manuscrito in folio (obrante en el Legajo rotulado «*Cortes—Siglo. XIV.*»), sin cubiertas, compuesto de 124 folios no numerados, faltando parte del principio del folio sexto, pues el primero da comienzo con las siguientes palabras: «...*e tots los senyors dels lochs degen tenir e servar e fer servar...*», correspondientes al número XLVI de los expresados capítulos —Dicho cuaderno parece escrito en la época de la celebración de las mismas Cortes, atendida la calidad del papel y el carácter de la letra.

[2] En el mencionado cuaderno, y á continuación de la transcrita *Littera exequtoria*, se halla extendido, ocupando los folios 53 al 63 inclusive, bajo el título *Procuratorium domine Regine*, el mismo documento inserto en la pág. 446 del presente tomo.

[3] Archivo Municipal citado.—Este documento viene continuado inmediatamente después del último de los Capítulos aprobados por las Cortes relativos á la acuñación de florines de oro de Aragón, en el antes mencionado cuaderno manuscrito in folio, rotulado «*Cortes.—Siglo XIV.*». Los capítulos constan transcritos en el citado tomo II, págs. 202 á 305 de la presente Colección académica.

nondum dicta Curia licencietur quinymo continuetur hinc ad quatuor dies proxime sequentes intra quos juxta responsionem per eam factam ad illud Capitulum quod incipit: *Item, que durant aquesta Cort e ans que sia finada,* etc., possint fieri Constituciones ultra illas que hodie facte fuerunt et quevis alie provisiones et omnes alii actus qui possunt fieri in Curia generali et quod habeant illam et eandem efficaciam quam haberent antequam dicti doni publicacio esset facta. Et juravit ipsa domina Regina in personam dicti domini Regis et nomine suo proprio omnia et singula contenta in dictis Capitulis teneri et observari per dictum dominum Regem et ipsam quatenus ipsum dominum Regem et eam concernunt et facere inviolabiliter observari. Et similiter jurarunt omnes illi de Curia quorum nomina inferius sunt descripta. Et eciam dominus Terrachonensis Archiepiscopus in scriptis tulit sentenciam excomunicacionis in illos qui facerent contra contenta in Capitulis que obligant quosvis ad servandum contenta in eis sub pena excomunicacionis.

Et sequenti die jovis XXIII.ª dicti mensis aprilis, dicta domina Regina
Fol. 65. existente in Palacio Episcopali Dertusense et eciam inibi presentibus illis de dicta Curia regraciata fuit eisdem verbis dicentibus, donum superius factum tanquam bonum et copiosum, effundens preces ad dominum Jhesum Christum, ut mediante ipso dono et aliis subvencionibus que fiunt domino Regi, ipsum contra suum adversarium qui injuste et insigne movit dictam guerram valeat triumphare taliter quod ipsius domini Regis subditi in pacis et tranquillitate dulcedine conquiescant.

Et hiis peractis, licenciavit Curiam antedictam.

Acta fuerunt hec locis diebus et annis superius declaratis.

Sig ✠ num Alionore, Dei gratia Regina Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitisseque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Que nomine dicti domini Regis et nostro predicta concedimus, firmamus et juramus.

Sig ✠ num Petri Terrachonensis Archiepiscopi . . . . .

(Siguen los signos y nombres de los firmantes estampados al pie del documento, y que se omiten por ser los mismos insertos en las págs 312 *y* 313 *del tomo II de la presente Colección académica. La única variante que se advierte es la supresión del párrafo que dice:* Fuit clausum per Jacobum Conesa, Prothonotarium Regium, *que aparece en la citada pág.* 313 *de dicho volumen, línea* 21.*)*

FIN DEL TOMO DÉCIMOQUINTO

ÍNDICE

CORTES CELEBRADAS DURANTE EL REINADO DE D. ALFONSO V

(Continuación)

Págs.

IV. Cortes de Tortosa de 1429-1430 (conclusión) 1

XXV. Translatum Gravamen quod cause civium Barchinone post recessum Gubernatoris Cathalonie habent reduci ad ordinarios 1
XXV. Translatum recepcionis testium productorum in civitate Barchinone ad instanciam subsindici Barchinone ad probacionem XXV Gravaminis 20
XXVII. Translatum Processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone contra Gubernatorem Cathalonie, eo quia eius Assessor tenet Audienciam, absente dicto Gubernatore 37
XXX. Translatum Processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone contra Gubernatorem Cathalonie pretextu causarum reclamacionem 51
XXXV. Translatum Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitatis civitatis Barchinone, eo quia alguazirii non possunt cognoscere in civitate Barchinone de causis, etc 85
XXXIX. Translatum Processus Querele in viam Gravaminis oblate pro parte Universitstis civitatis Barchinone, eo quia Vicarius regius ville Tarrage portet baculum. . 108

ADICIÓN AL TOMO I:

Parlamento de Barcelona de 1338 133

Suplementos:

I. Á las Cortes de Barcelona de 1300 135
II. Á las Cortes de Lérida de 1301 137
III. Á las Cortes de Barcelona de 1305 141
IV. Á las Cortes de Tortosa de 1331 143
V. Á las Cortes de Barcelona de 1340 145
VI. Al Parlamento de Barcelona de 1342 146
VII. Al Parlamento de Ulldecona de 1349 147
VIII. Á las Cortes de Perpiñán de 1356 148
IX. Á las Cortes de Barcelona de 1368-1369 152

A. Otro Proceso de estas Cortes 152
B. Reales provisiones dictadas en virtud de reclamaciones de Agravios *(Gravamina)* producidos por el Brazo Real 175

Págs

X. Á las Cortes de Perpiñán, San Cucufate y Barcelona de 1405-1410... 180

Nota preliminar... 180
Fragmentos del Proceso familiar del Brazo Militar... 184
Indice de las sesiones, etc... 314
Real Cédula bulada de confirmación y promulgación de los Capítulos acordados por las Cortes con el Rey... 318

XI. Á las Cortes de Barcelona de 1412-1413... 332

Proceso especial de estas Cortes... 332
Indice de las sesiones, etc... 403

XII. Á las Cortes de Barcelona de 1300... 405
XIII. Á las Cortes de Perpiñán de 1356... 408

Otro Proceso incompleto de estas Cortes... 408

XIV. Á las Cortes de Cervera de 1359... 435

Fragmento de un Proceso de estas Cortes... 435

XV. Á las Cortes de Barcelona de 1362... 444

Fragmento de un Proceso... 444

XVI. Á las Cortes de Barcelona, Lérida y Tortosa de 1364-1365... 446

I. Procuratorium domine Regine... 446
II. Littera exequtoria... 453
III. Ultima prórroga de las sesiones.—Licenciamiento de las Cortes... 453

Acabóse de imprimir este décimoquinto tomo de las
CORTES DE LOS ANTIGUOS REINOS DE ARAGÓN Y
DE VALENCIA Y PRINCIPADO DE CATALUÑA,
en Madrid, en el Establecimiento
tipográfico de Fortanet, impresor
de la Real Academia de la
Historia, el día 28
de Octubre del
año 1911

BINDING SECT. JUN 16 '65

DP
124
A5
t.15

Aragon. Cortes
Cortes de los antiguos reinos

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY